in ti. qualr. ⁊ cuius nomine. Concilij geſta
dictari debeant: ⁊ ſ̃. in ti. ꝓcedenti. ⁊ per tex.
⁊ no. in. c. oſius. de elec. in. c. antigonus. de
pac. in. c. ignarus. de libel. obla. in. c. de fran
cia. de ſponſa. ⁊ in. c. hadrianus. lxiij. di. cũs
concoꝛ. Nam concilium in. d. c. hadrianus.
Aſtantibus legatis pape de electione epoꝝ
vel clericoꝝ: noĩe xp̃o in hec verba diffini-
nit. Hec ſcã ⁊ vlis ſynodus diffiniuit: ſtatu
it, atq3 iure ꝓmulgauit ⁊c. Et idem pꝫ ĩ cõ-
cilijs, de qbus in iuribus ſ̃. alle. ⁊ ſ̃. in to. ti.
Qualr cuius noĩe: ⁊ per quẽ concilij geſta
dictari ſcribiq3 debeant ⁊c. In qbus locis
ſatis aperte colligit̃ ꝙ concilium gñale hec
ordinaria ſua iuriſdictione ſemꝑ: vbiq3 ⁊ ĩ
quibuſcunq3 cauſis tã eccliaſticis ꝗ3 ꝓpha
nis ⁊ mixtis idiffereñter ⁊ indiſtincte vſus
fuerit. Qđ qdem facere non potuiſſet: ſi epĩ
et ꝑlati in eo reſidẽtes aliquo caſu ibi fuiſ-
ſent vt conſiliarij et aſſeſſoꝛes et non vt iu-
dices, ſicut ꝓtendit Roſellus et alij: qꝛ aſſeſ-
ſoꝝ et cõſiliarioꝝ officium eſt tm̃modo in
conſulendo: non aũt in ꝓnunciando: ſed cũ
ꝓnunciat̃ vel diffinit̃ aliqd in concilio. Id
ꝓnunciat̃ et ſtatuit̃ noĩe concilij: et ipſo cõ
cilio auctoꝛante et approbãte: nec alr ſtatui
aut ꝓnunciari poſſet, put ſ̃. oſtendimus. di
cto ti. Qualr cuius noĩe et per quẽ. Conci
lij geſta dictari ⁊c. Et ꝙ in cauſis in qbus
conſiliarij vel aſſeſſores interueniunt, non
ꝓnuncietur aliqd ſub noĩe aſſeſſoꝝ ſed iu-
dicum tm̃, ꝓbatur ac notari conſueuit i. l.
i. et quaſi per to. ff. de of. aſſeſſo. et in. c. ſtatu
tum §. aſſeſſores. de reſcrip. in. vj. cum ſimi.
Nec per hoc ꝙ papa vel eius legatus ſit in
concilio et ꝓnuncient aliquid eoꝝ noĩbus
ꝑmiſſis tollitur iuriſdictio concilij, q̃ ſem-
per inheret oſſibus eiuſdẽ. Cum a xp̃o ꝓo
ſummo et imediato principe oĩum eidẽ ec
cleſie originalr data dimiſſaq3 fuerit: vt in
ſolido et ſtabili fundamento: l3 in perſona
Petri vti ipſius ecclie miniſtro principali
conceſſa fuerit hec iuriſdictio. Prout opti-
me Auguſtinus ſ̃. Joãnes declarat: et habe
tur. xxiiij. q. i. qđcunq3. Ibi. Petrus qñ cla-
ues accepit eccliam ſanctam ſignificauit ⁊c.
Cu3 ergo iuriſdictio iſta a xp̃o tradita fue-
rit ecclie vli: in fundamẽtoq3 in ea ſemper
reſideat: licet per Petrum exerceat̃ princi-
palr: vt per caput miniſteriale ipſius ecclie.
Tñ non deficit in ipſa talr vt ſ̃. cõgregata.
Nec tm̃ iuriſdictionis vel ꝑeminẽtie alteri
conceſſit. Quin penes ſe quoq3 talis remã
ſerit. ar. de ꝓben. dudum. lib. vj. Loquendo
de ptãte ⁊ auctoꝛitate ecclie per concilia pa
pe conceſſu. Iux̃. tex. xvij. di. in. c. concilia ſa
cerdotum, ⁊ ridiculum eſſe dicere ꝙ iuriſ-
dictionem ſuam oꝛdinariã per pñtiam vel
ſuperuenientiam capitis oꝛdinarij amitte-
ret. Bñ tñ fateoꝛ ꝙ oꝛdinarius inferioꝛ: ſu-
perueniente principe: honoris ⁊ reuerentie
grã: qñq3 abſtinet ab vſu ⁊ exercitio iuriſdi
ctionis ſue. Sed per hoc dici non põt: quin
habeat iuriſdictionem oꝛdinariã. ¶ Non
obſtaret ſi diceret̃: ꝙ per hoc dareñt duo ca
pita ⁊ ponerent̃ duo principia in ecclia no
ſtra: ⁊ ꝙ iſtud eſſet hereticum: cu3 vnica ſit
ecclia ſm articulum fidei: hr̃. xxiiij. q. i. loqui
tur. ⁊. c. pudenda. ⁊ ꝙ ꝑꝑea dici non poſſit
ꝙ iuriſdictio oꝛdinaria ⁊ plenitudo ptãtis
ſit penes papam ⁊ penes concilium. Quia
ad hoc r̃ndebimus ĩ. cum de ptãte concilij
⁊ pape diſſeremus. Sed ꝓ nunc vnico ver
bo r̃ndet̃: ꝙ nos ſupponimus vnitatem ⁊
papam ⁊ concilium eſſe idem coꝛpus: ⁊ ꝙ
l3 papa ſit ibi vt caput. Tñ ꝙ qñ ita iũctus
⁊ incoꝛpoꝛatus eſt cum ecclia vli: ꝙ ipſe ſit
in ecclia ⁊ ecclia ĩ eo. Et ꝑꝑea ꝙ l3 papa in
concilio ꝑſideat ⁊ ꝓnunciet. Tñ ꝙ eius iu-
riſdictio oꝛdiaria ⁊ vlis ſit ita iũcta ecclie:
ꝙ quicqd fac̃ vnus eoꝝ alter facere cenſea-
tur: qđ ſentire vr̃ glo. ⁊ cõiter ſcribentes. in
. c. i. xvij. di. ⁊ clare oſtẽdimus ſ̃. in ti. Quid
ſit concilium gñale. cum iuxta v̄ba glo. illi-
us diximus illud dici concilium vlẽ ſeu ge
nerale qđ ſit a papa vel eius legato cum oĩ-
bus epĩs totius oꝛbis: vel papa abſciſſo ⁊ đ
ficiente: qđ ſit ab vniuerſis epĩs ⁊ prelatis.
Chriſto vo ⁊ indubitato imediatoq3 capi-
te ꝑſidente: extra de ſacra vnctio. c. i. ꝟſi. ſed
vbi. cuius capitis concilium ⁊ vlis eccleſia
coꝛpus exiſtit. iij. q. iiij. c. engeltrudã. ad qđ
facit qđ hr̃. Matthei. xviij. ibi. Amen dico
vobis vbicunq3 duo aut tres ꝯgregati fue-
rint in noĩe meo in medio eoꝝ ſum ⁊c. Et
qđ ſeqtur: amen dico vobis: qđcunq3 ligaue
ritis ſuꝑ terrã erit ligatũ ⁊ in celis ⁊c. Ex q
bus bene concludit̃: put ſ̃. poſuimus: ꝙ cu3
iſta iuriſdictio concilij non dependeat ab
hoĩe nec a papa vel a principe mũdano: ſed
immediate ab ipſo xp̃o ⁊ deo ac dño nr̃o.
Prout

Prout noviſſi. apertiſſimo ⁊ rotundo ore
declaratum fuit in concilio Conſtantien. ⁊
Baſilien. unde nullo caſu dici põt: q̃ p pre
ſentiam pape vel alterius cuiuſcũq; hec ordi
naria iuriſdictio concilij ab oſſibus ipſius
auelli poſſit: cũ eius tñ ſit tollere cuius eſt
condere. Cum ergo iſta concilij iuriſdictio
aliquo iure limitata vel reſtricta non repia
tur: ⁊ cum oĩum conſenſu iuriſdictio ordi-
naria ſit ppetua ⁊ imutabilis quo ad oẽs
cãs ſubditoꝝ ad ſemper. Ego videre neſcio
qũo dici poſſit q̃ hec iuriſdictio cõcilij ali-
quando ſit ordinaria ⁊ aliqñ deſinat: ⁊ ſit
aſſeſſoria vel conſultoria maxime ubi eccle-
ſia vnita eſt ſuo capiti, ⁊ totum corpus inte-
grum repñtat. Qui ergo regulã poſuit aſſe
rendo qḋ negari non põt. vz. q̃ conciliũ or
dinariam hꝫ. Et poſtea fallentiam ⁊ reſtri-
ctiõem ponere voluit allegare debuiſſet iu-
ra hoc ꝓbantia ⁊ limitantia: que non repe-
riunt: ergo ſtandũ eſt regule. Nec dedigna-
ri dꝫ ſummus pontifex: ſi concilium vlẽ le-
gitime ꝯgregatum eccleſiã vlem xp̃i ſpõſas
repñtans. lxxvj. di. ieiunium. de con. di. i. ec
cleſia. iuriſdictione ſua ordinaria vtit, eo ẽt
pñte: ⁊ idem concilio incorporato annuẽte
⁊ conſenſum ſuum pſtante, quatenus tñ le-
gitime corpori ſuo pſideat vel adhereat: q̃
cum xp̃s in concilio adeſſe: ⁊ eidem pſide-
re: ac ſponſe ſue adherere: in capite: non am
bigat par eſt, q̃ ubi eſt maior ceſſet minor:
cum inferior ſuperioris legem vel locum tol-
lere non poſſit. de maio. ⁊ obe. cũ inferior.
⁊ in cle. ne romani. de elec. in prin. ubi bõa
glo. quo ad pdicta. in ver. non conſonam.
℄ Licet. n. papa in terris ſit chr̃i vicarius d̾
re. iudi. ad apoſtolice. vñ. nos itaq;. no. per
Inno. in. c. qḋ ſuper. de voto. Et vicarius
idem conciſtorium ⁊ tribunal facere dicat
cum principali. ar. in. c. romana. de app. lib.
vj. Tñ ipſo pñte ceſſare dꝫ, ⁊ eidem princi-
pali cedere. Niſi forte ei mãdaret vel cõmit
teret vt pnũciaret. Prout dicere poſſemus
fieri: qñ papa concilio pſidet ſi catholicus
atq; vnicus eẽt: ⁊ vẽus btĩ Petri ſucceſſor:
q: tunc dño permittente ⁊ cõcilio approbã
te pnũciare ſñias ferre ⁊ pmulgare poſſet.
℄ Non obſtant modo que ꝯ hanc indubi
tatas ꝯclõné allegata fuere, ſeu que ſimili ar
gumento allegari poſſent. Et p non obſtat
qḋ dicebat in prima oppoſitione. Arguen-
do ab auctoritate quã recipit conciliũ a pa
pa in ſe congregando: inferendo q̃ pp hoc
concilium habeat iuriſdictionem delegatã
Quia rñdeo q̃ ex hoc inferri non põt: q̃ cõ
uocans ⁊ ſic papa iuriſdictionem hẽat i vo
catos vel vocãdos per eũ: q: lꝫ papa oĩmo-
dã hẽat iuriſdictionẽ in ſingulares pſonas
totius orbis tñ rõe talis citatiõis ſeu voca
tiõis cõcilij hoc inferri non põt hoc mõ ẽt
nuncius ⁊ curſor haberet iuriſdictionẽ i ci
tatos per ſe. Et Archidiaconus vel maior
de caplõ vel vniuerſitate cui incũbit voca-
re caplꝫ vel vniuerſitatem, vt hr̃ ⁊ no. p In
no. ⁊ Abb. panor. in. c. i. de maio. ⁊ obe. i. c.
cum inter vniuerſas. de elec. per Bar. ⁊ le-
giſtas. in. l. oẽs populi. de iuſti. ⁊ iur. et ali-
bi. iuriſdictionem in ipſa vniuerſitate et ca
pitulum hẽre dicerent. Qḋ tñ eſt falſum: vt
ibi ps. Quia iſta maioritas ſeu auctoritas
et peminentia conuocandi caplꝫ: nullas dat
iuriſdictionẽ conuocãti ſed totalis ipſa iu-
riſdictio ẽ i vniuerſitate vnita vel ẽt ſegre-
gata ab ipſo conuocante. Quinimo vt no-
tanter dicit Abb. Panor. poſt Inno. in. d.
c. cum inter vniuerſas. in. viij. col. ſuper. gl.
in ver. reuocare. Conſuetudo vel priuilegiũ
dans poteſtatẽ alicui de vniuerſitate cõuo-
candam: non dꝫ extendi ad caſum diuerſum
⁊ alterius generis. ſ. ad ptãtẽ aliquã iuriſ-
dictionalem. iuxta no. in. c. ſi. de offi. archi.
per Inno. facit. c. cum contingat. de deci. q̃
uis diuerſificari poſſet illatio quoad papã
pp ſuppmã ptãtẽ quã hꝫ i oẽs et ſinglos ⁊c.
℄ Non obſtat qḋ dicebat, q̃ epi exiſtentes
in concilio careant iuriſdictione: cum ſint
extra eoꝝ territoriũ ⁊c. Quia iura et rõnes
que ad hoc inducunt pcedunt in iudicio p
uato et ſingulari: vbi. ſ. vnus vel aliqui ex
ipſis pcedere vellent ſingulr̃ et ad partem.
Nos vͦo loqmur de epis et plãtis: collegia
liter ꝯgregatis, et vniuerſitatẽ totius eccle-
ſie militantis repñtantibus. Qui vlem iu
riſdictionem hñt in vniuerſo orbe: et i oẽs
hoies: qui talr̃ congregati vniuerſum mun
dum hñt p territorio. Sicut de papa dici-
mus. ix. q. iij. cuncta per mundum. cum ſi.
Et fortius vt ſ. diximus: ſi ibi eẽt Papa: et
Impator vel aliter legitime ꝯgregatum eẽt
concilium in ſpũ ſcõ auctoritate xp̃i. Cuius
eſt terra et plenitudo eius orbis terraꝝ et
vniuerſi qui habitant in eo. Et per hoc etiã
rñdet ad doctrinam Bal. et Archi. dũ dif
finiendo iuriſdictionem ordinariam dice-
bant regri territorium ⁊c. Quia vt ſ. dictũ
fuit. Concilium hꝫ vniuerſum mundũ pro

territorio. Sicut dr̃ de Papa. d. c. cūcta per
mundum. ⁊ in. c. per venerabilem. extra q.
fil. ſint legi. Quis tñ hoc iure ꝓbatum nō
fuerit per eos. q̄ s. adeſſe iuriſdictionis or-
dinarie de neceſſitate regrat̃ territoriū: qn-
imo ꝯtrariū ꝓbari vr̃ in epō: qui iuris iuriſdi-
ctionem ordinariam hēre dr̃. Et tñ de iure
Codicis conſtat ipm̄ nullum hēre territo-
rium: qḋ eius ſit ꝓprium: vt no. in l. epale. C.
de epiſco. audi. Licet hodie dicamus epos
hr̃e vniuerſam diocesim pro territorio ſuo
vt no. in. c. cum contingat. de foꝛ. cōpe. ſicut
et dicimus de doctoribus legentibus. Qui
dr̃r hēre iuriſdictionē ordinariā in diſci-
pulos: vt no. in auc. habita. C. ne fili. pro pr̃e.
vbi eſt bona glo. ⁊ Bal. qui volendo ſuſti-
nere ⁊ declarare qḋ dixerat. in l. more ma-
ioꝝ. ff. de iuriſdi. omni. iudi. Dixit q̄ ꝑdicta
eius diffinitio, Quatenus dixit de territo-
rio ꝓcedit in iuriſdictione ordinaria vlī.
Id vo qḋ dr̃ de aliis hn̄tibus iuriſdictio-
nem ordinariā. Procedit in ordinaria par
ticulari: hoc eſt certi collegii vel certaꝝ pſo
naꝝ vt in doctoribus ⁊c. Qui ſine territo-
rio tales hn̄t iuriſdictionē. Sed nec iſta di-
ſtinctio vel regula Bal. eſt bona. ad tollen-
dum ꝯclōnem nr̃am, quoad concilium: qꝛ
videmus multos hēre iuriſdictionem or-
dinariam vlem: ſicut Iudices cartularios.
l. fi. C. vbi. ⁊ apud quem. ⁊ tñ iſti nō hn̄t ter-
ritorium: vnde neceſſe erit dicere cū Bar.
⁊ doc. in l. i. in fi. ff. de iuriſdi. ol. iudi. q̄ ad-
eſſe iuriſdictiōis ordinarie. Territoriū nō ē
neceſſariū: nec de ſuba ipſius iuriſdictiōis.
¶ Non obſtat et illud ſm̄ reqſitum, dū di-
cebat̃: q̄ ad eſſe iuriſdictionis ordinarie re-
quirit̃: q̄ noīe ſuo ꝓprio ꝓnunciet ⁊ non al-
terius. Quia fateoꝛ minorem. Sed nego cō
ſequentiam: q̄ s. cōcilium gn̄ale tale ſit, hoc
eſt q̄ ꝓnunciet noīe pape vel alterius. Im-
mo noīe ſuo ꝓprio ſemꝑ ꝓnunciat: maxime
in his que originant̃ ⁊ ꝓcedunt ab ipſo cō
cilio. Prout per multa ⁊ varia iura oſtēdi-
mus ſ. in ti. qualr̃ ⁊ cuius noīe geſta conci-
lii dictari debeant. Et in ti. de Preſidentia
gn̄alis concilii. Et ad illa iura que allegan-
tur. vbi papa in concilio exiſtens noīe ſuo
ꝓprio expſſo ⁊ non noīe concilii ꝓnunciat: vt
ꝓbat̃ de ſen. excō. ſacro. in. c. ad apſice. de re.
iudi. in. vi. ⁊ c. firmiter. de ſum. tri. ⁊ fide ca
tho. ⁊ alibi ſepe. Rn̄det̃ q̄ ꝓcedunt in cāis
originatis a papa. Quas tñ concilio ꝯgre-
gato nō expedit niſi hīto ꝯſenſu ⁊ approba

tiōe ꝯcilii: vt appꝫ i iuribus ſ. alle. Qḋ qdē
arguit vnitatē ipius iuriſdcōnis: put ſ. dixi.
¶ Non obſtat vltimo loco tex. qui in ma-
teria cōcilioꝝ dr̃ Brocchardicus in. c. ſigni
ficaſti. de ele. inqꝫtum dicit̃ q̄ concilia oīa
per Ro. eccle auctoritatem facta ſunt ⁊ ro-
bur acceperunt: qꝛ ꝑꝑ hoc non negat̃ qn cō-
cilium ordinariam iuriſdictionē habeat: ſi
ue a Deo: ſiue a lege: ſiue et ex ſui ipſius de-
claratione ⁊ decreto: aut ab eccl'ia Roma-
na: qꝛ in hoc non eſt magna vis. Et lꝫ forte
dici poſſet: q̄ aliḋ ſit ſedes aplica: aut papa
ꝑſe: ſeu Romana eccl'ia. Aliud ſit ipſe pa-
pa. c. ſi gratioſe. de reſcrip. Tñ fatent̃ oēs: q̄
pa catholico ⁊ legitime intronizato exiſten
te concilium ab ipſo conuocari: ⁊ oboꝛariq
dꝫ. Ipſeqꝫ in eo vt caput collegii totius ec-
cleſie militantis ꝑſidet: ⁊ maioꝛ de collegio
ꝓculdubio dr̃: ꝑhonoꝛariqꝫ dꝫ: ⁊ ab oībus
in concilio exiſtentibus revereri. ¶ Sicut
in ſili dr̃ de epō exiſtente in caplo canonico
rum ſuoꝝ: ibiqꝫ ꝑſidente ⁊ vocem caplarē
hn̄te. Qui cum ipſis canonicis ita collegia
liter congregatus vnum coꝛpus facere dr̃.
extra de his que fi. a ꝑla. c. nouit. Nā lꝫ vox
epi dicto caſu ſit magni ponderis ꝑceteris
vocibus canonicoꝝ. Tñ qn̄ ſtat vt canoni-
cus, vox ſua cōputat̃ inter alias. Nec ibi hꝫ
cohertionem aut iuriſdictionem aliquā re-
ſpectu illius actus caplaris: niſi implicitā
⁊ incoꝛpoꝛatā cum ipſo caplo: put hr̃ ⁊ no.
in. c. a collatione. de appella. in. vi. ⁊ in. c. po
ſtulaſti. de conceſ. ꝑben. Cum ergo in ꝓpo
ſito nr̃o iuriſdictio ordinaria non tm̄ cōce-
dat̃ ⁊ emanet a Principe: ſed a lege quoqꝫ:
⁊ aliqn̄ ab ipſamet vniuerſitate ſibi iudicē
ordinarium eligente: vt dicit glo. not. ⁊ ibi
no. in. c. ſuſpitionis. in. c. p. ⁊. g. de offi. dele.
et in. c. cum ab eccliaꝝ. de offi. ordi. Et lꝫ nō
appareret a quo iſtoꝝ originem habuerit: ſi
ue conceſſa fuerit a lege: ſiue ab hoīe: ſiue ab
ipſa lege vel ab hoīe: hoc eſt ab ipſo princi-
pe vel vniuerſitate fuerit approbata et ꝯfir-
mata. Negari nō poſſit quin ſit talis: ſicut
dicimus de Vicario gn̄ali epi q hꝫ ordina
riam ſibi ſemel ab hoīe conceſſam: et a iur
approbatam: vt ꝓbat̃ in. c. fi. de cōſue. et i. c.
romana. de appel. in. vi. Unde negari non
pōt quin idem Vicarius: ꝗprimum Vica
rius deputatus fuerit: ordinariam habeat.
Ita in ꝓpoſito cum in caſu nr̃o manifeſte
conſtet. Iuriſdictionem hanc ſemel a Xp̄o
datam fuiſſe cōcilio gn̄ali in pſonis oīum

apl'oꝝ

apl'oꝝ eccliam hanc militātem repñtantiū. Et ſemel vt talem non tm̄ a lege approbatam: vt ꝯſtat iuribus ſepius ſ. repetitis. Sꝫ re ipſa vt talem in oībus cōcilijs hactenus celebratis receptam: cōprobatam tentā: habitā: ꝛ reputatā: ſupfluū vr̄ amplius velle ſ hoc heſitare: aut diſtinguerẽ modo pmiſſo. Preſertis cū iure nullo ꝓbari poſſit ꝯriu̾.

Cauſe que in concilio tractari, expedirīq́ʒ poſſunt.

Cum igit̄ nemini ſenſato dubium eē debeat: qn ꝯcilium generale iuriſdictionem ordinariam vlr̄ habeat in oēs mundi nationes: put luculentiſſime declaratū fuit per conſilia Jcumenica tam antiqua q̄ʒ nouiſſima. Inueſtigandum ſucceſſiue vr̄. Que ſint ille cauſe que in concilio gn̄ali tractari expedirīq́ʒ poſſint ſeu debeant. Et omiſſa poteſtate alioꝝ concilioꝝ ꝓuincialium. ſ. ꝛ ſynodalium. De qbus quoad primam ſpēm. hr̄ i. c. graue. de pben. aliquid in. c. non pōt. de re. iudi. vj. q. iij. ſcitote. ꝛ. q. iiij. c. i. ꝛ. xv. q. vij. epūs. Et quoad ſcdām ſpēm hr̄. xviij. di. per to. De ptāte vō ꝛ materia capl'oꝝ gn̄alium religioſoꝝ hr̄ de ſta. regu. in. c. ea que. ꝛ de ſta. monacho. in. c. in ſingulis. Gn̄alr̄ dicendum vr̄: q in concilio gn̄ali indiſtincte oēs lites: qōnes, ꝛ cāe cuiuſcūq́ʒ qualitatis ſint: vndecunq́ʒ veniant. Et inter vel ꝯ quaſcūq́ʒ perſonas ſint ꝓponi, agi: tractari: ꝛ diffiniri, pñt. Pro qua qdem gn̄ali ꝓpoſitione facit tex. xvij. di. i. c. multis. ibi. Si vō in qualibet ꝓuincia orte fuerint qōnes: ꝛ. ſ. vbi fuerit ſynodus regulr̄ congregata canonice ꝛ iuſte iudicent. Et arguendo de minori ad maius. bene facit tex. xviij. di. de concilijs. Ibi. In qbus de oībus querelis que inter diuerſos eccleſie ordines naſci aſſolent: iudicet: qd̄ ꝓcedere ītelligit. glo. ibi. in ver. ordines. Et quoad cās laycoꝝ. Nas ꝛ ipſi ſunt de ordinibus xp̄ianoꝝ ꝛ eccleſie. xij q. i. duo ſunt gn̄a. Ad idē tex. in. c. pp eccleſiaſticas. ea. xviij. di. ꝛ in. c. qm̄ quidem. Ibi. dūʒ aūt ſynodus agit̄ ſuper canonicis ꝛ euangelicis negocijs ops ꝯgregatos epōs in meditatione ꝛ ſolicitudine fieri cuſtodiendorum diuinoꝝ ꝛ viuificandoꝝ dn̄i mandatorum. Et de cauſis qdem oībus ad foꝝ eccleſie ꝛ Pape ſpectantibus non vr̄ dubitandum per iura ſ. alle. in ti. An concilium gn̄ale iuriſdictionem hēat: ꝛ in ti. pcedenti. per que iura ſatis conſtare pōt: q concilium vle de qbuſcunq́ʒ cauſis tam ciuilibus: q̄ʒ criminalibus: ſpūalibus, tpalibus: ſiue mixtis cognoſcere ꝛ determinare pōt. Precipue aūt vbi cauſe ipſe eēnt ardue: ꝑdifficiles ꝛ de maioribus. Principalr̄. n. ad conciliū ptinet hereſum ꝛ ſciſmatum. Reformationis moꝝ ꝛ belloꝝ inter xp̄icolas cās in concilio tractare vt ſ. diximus, et hr̄ in duobus decretis concilij Baſilienſis: vnum incipit: frequens: aliud incipit. Ad ppetuam rei memoriam: ad laudem dei oīpotentis: ac benedicte: indiuiduecq́ʒ trinitatis. Unde Eugenius quartus durante dicto concilio ſtatuit q cāe ſingulariū pſonaꝝ nec publice nec priuate in eo tractarentur, vt hr̄ in eius extrauag. incipit ad perpetuam rei memoriā paſtoralis cura ꝛc. Quia indignū et abſurdū videretur: q talis ac tanta vniuerſitas occuparetur in minimis: et in his cauſunculis que parui ſunt momenti. Cum incōmodo tot tantoꝝq́ʒ epōꝝ: platoꝝ: et principum totius orbis. Quis concilia diuerſos iudices cāꝝ et ciuilium et criminalium deputare conſueuerint qui dictas audire: et grauiores et magis arduas ad concilium referre cōſueuerunt vt nouiſſime pʒ in geſtis concilioꝝ Conſtantieñ. et Baſilieñ. ꝓut ēt ſ. late retulimus. Illud aūt qd̄ ſ. dicebatur Bene ꝓbari vr̄. xvij. di. cōcilia ſacerdotum. Ibi. Scientes q eius ſedi primum Petri apoſtoli meritum. Deinde ſequuta iuſſione dn̄i: concilioꝝ venerandoꝝ auctoritas ſingularem in eccleſijs tradidit ptātē. Per quem tex. glo. colligit ibi. q Ro. eccleſia habuit auctoritatem a cōcilijs: ſicut Imperator a pplo. xciij. di. legimus. in fi. ſaltem ſcdārio ꝛc. Et q concilium de cauſis pape et alijs arduis negocijs ſe impedire dbeat, facit qd̄ ſeqtur in tex. ibi ſynodalis eē arbitrij in tanto negocio ſequenda preſcribere. Quāte aūt auctoritatis: et eſtimatiōis ſint determinationes et decreta concilij gn̄alis: vt per hoc oſtendatur que cauſe in eo ꝓponi et ab eo terminari debeant. Docet btūs Gregorius. Qui ſacra quatuor concilia ſicut quatuor ſancti Euāgelij libros ſe ſuſcipere et venerari ſatetur. xv. di. ſicut. Et de grauitate cāꝝ in concilijs ꝓpoſitaꝝ et ꝓponendaꝝ colligitur. xvj. et. xvij. di. p to. Et ſ. in ti. quibus concilijs plerīq́ʒ canones ex

his qui i corpore iuris repiunt̃, aſcribant̃. ¶ Sed dubitari conſueuit. Nunqd concilium de cauſis ciuilibus vel criminalibus laycoꝝ: ⁊ de reformatione eoꝝ in capite ⁊ i mēbris ſe impedire poſſit. Et ꝓ parte affirmatiua nōnulli ex Neothericis ⁊ maxime Roſellus in Monarchia. alle. tex. in. c. non opꝫ. xviij. di. ibi. Sed docere que ſunt ad eccleſie ceterorūqꝫ correctionem vtilia ⁊c. Alludendo ad verbum. ceteroꝝ. ꝙ. ſ. per illud importari videant̃ cauſe laycoꝝ. Cum duo ſint genera xpiãoꝝ clericoꝝ. ſ. ⁊ laycoꝝ. xij. q. i. duo ſunt. glo. in. c. ij. de hereti. lib. vj. Cū ergo tex. in. d. c. non opꝫ. premittat clericos per v̾bum ad eccle. Conſequenter per v̾bum ceteroꝝ. laycos cōprehēdere vr̃. Et facit tex. vi. q. iij. in. c. ſcitote. Ibi epos iudices: ad quoꝝ iudicium oēs cāe epoꝝ, reliquoꝝ ſacerdotū ac ciuitatum referant̃. Ponderando v̾bus ciuitatum ⁊c. Omnis tñ iura ꝑdicta loqui videant̃ in conciliis ꝓuincialibus. Sed idem et fortius dicendum vr̃ de conciliis gñalibus. In qbus ꝑꝫ per infinita iura ſ. alle. in ti. quibus concilij; pleriqꝫ canones aſcribātur ⁊c. Cauſas oēs tam clericoꝝ q̄ȝ laycoꝝ tractatas et expeditas fuiſſe et determinari poſſe. ibi. Concilia. n. ad hoc inuenta fuere more maioꝝ vt maiores ibi cāe expedirentur: ſiue eēnt laycoꝝ ſiue clericoꝝ. xv. diſt. ꝫ. ſynodus. ¶ Contra hoc aūt arguit Roſellus vbi ſ. hoc modo. Auctoritas concilij regulr̃ non eſt maior q̄ȝ ſit auctoritas Pape. Exceptis tribus caſibus: hereſis: ſciſmatis: et vſis reformationis. In qbus concilij auctoritas attēdit̃. no. extra de ele. ſignificaſti. no. iiij. di. in iſtis. vbi glo. et. xxxv. q. ix. in. c. veniam. Sed papa reglr̃ extra terras eccleſie non iudicat de cauſis mere ſclaribus inter laycos niſi in certis caſibus, qui no. i. c. ꝫ ex ſuſcepto. in. c. ſi. de fo. cōp. et in. c. nouit. de iudi. Ergo vr̃ ꝙ cōcilium multominus poſſit: illis exceptis. ſe de cauſis laycoꝝ impedire ⁊c. Concludendo v̾o circa hoc dicit ipſe Roſellus, ꝙ aut Epi congregati ſunt i concilio tm̃: etiam cum auctoritate pape ꝓ cauſis fidei ſolum. Et tunc terminari non poterunt: niſi cauſe que ſpectant ad foꝝ eccleſiaſticum: ſiue clericoꝝ ſint ſiue laycoꝝ: vt in caſibus no. in. d. c. ꝫ. et in. d. c. nouit. vtputa. Qñ iudex ſclaris negligens foret: vel vbi conſuetudo diſponeret. Sed vbi de mā peccati: aut cauſe ſpũalis: vel ad foꝝ eccleſie ſpectantis tractaret̃: ſiue vbi layci eſſent de terris eccleſie ⁊c. Uel vbi forte layci ipſi iuriſdictionem pape aut concilij ꝓrogaſſent. ar. in. c. exhibita. et in. c. ſignificaſti. de for. cōpe. et. C. de epi. audien. l. epalem. Intelligēdo tñ in caſibus in qbus ſine licentia ſupioris fieri pōt ꝓrogatio. Iuxta no. in. d. c. ſignificaſti. Et vbi eſſent pſone ſuperiorē non recognoſcentes: vt hr̃ in. c. per venerabilē ꝫ. inſuper. extra qui. filij ſint legi. Alie aūt cāe mere ꝓphane et ſclares inter laycos alios. Neqꝫ ꝑ concilium neqꝫ per papam expediri poſſint: per tex. et not. in. d. c. ꝫ. in. c. nouit. et in. c. ſi clericus laycum. de for. cōpe. in. c. cām. et in. c. lator. qui. filij ſint legi. cū ſi. ¶ Aut ad cōcilium non vocant̃ ſoli epi ꝑlati et perſone eccleſiaſtice: ſed gñalr̃ conuocant̃. Impatores Reges, Principes: et alij ſclares ⁊c. Ut in. c. ad apoſtolice. de re. iudi. li. vi. Et tūc Imperator inqt Roſellus iterponere dꝫ auctoritatem: cum ipſe ibi ſit ſuppremus. Et eo caſu cauſe oēs ēt laycoꝝ in concilio poterūt ꝓponi et terminari. Et qcquid terminabitur ꝑ maiorē partē Epoꝝ, Impatoris: Regum: Principum: et Baronum erit ratus et firmum. Et hoc tale concilium appellat̃ mixtum: quoad cauſas tam ſpũales q̄ȝ tpales, ꝙ ibi oēs indifferēter terminari potuerunt. Ad hoc nihil allegat. Et ꝓpea cū iſta ſua fantaſia de iſto ꝯcilio Mixto: iure non ꝓbet̃: imo cū ſit iuri ꝯ̃ria, vt ꝑꝫ. per iura ſ. deducta in ti. Qui ſint vocales. et i ti. Qui ſint vocandi ad conciliū. Ex qbus clare colligit̃ ꝙ layci ſunt vocis incapaces in conciliis: niſi forte eis vox per concilium cōicaretur iuxta no. in. c. ſcriptum. de elec. cum ſi. Et ꝓ improbatione dicte fantaſtice ꝯclonis, bene facit tex. in. c. vbi nam legiſtis. et in. c. cum ad veꝝ. xcvj. di. et que ibi no. per doc. Ex qbus concluditur: ꝙ ꝫ Impator et layci vocentur et interſint concilio. Tñ ibi habere non pñt vocem: niſi forte conſultiuam. Auctoriçabilem aūt ⁊ deciſiuam ſeu iudicatiuam nequaq̄ȝ hēre pñt: niſi eis cōicaretur: vt ſ. ſit ergo v̾a et indubitata ꝯclo: quicquid ſ. dcm̃ ſuerit. ꝙ concilium legitime cōgregatum. De qbuſcunqꝫ cauſis tam clericorū q̄ȝ laycoꝝ: ſi ad illud deducantur cognoſcere ac decidere poterit. Que concluſio ꝓbari vr̃ ex iuribus ſ. deductis in. c. i. de iudi. de libel. obla. c. i. xxj. di. c. vlti. iiij. q. v. c. ſi. et v. q. iiij. c. i. et ſi. extra de ſpōſa. c. i. vbi Abb. Panor. poſt alios infert per illum tex. concilium gñale iuriſdictionem a xpo hēre in

omnibus

omnibus cauſis totius orbis decidendis: q̄d clare comprobat.d. Alexander de neuo. in.c.i.de conſan.z affi.z hr̄ alibi ſepe. Mõ q̄ donec concilium Conſtantieñ. q̄nta ſeſſione z alibi ſenſiſſe:imo aperte z formalr̄ decla raſſe vr̄ ſub hmōi v̄bis.vz. ſancta ſynodus declarat q̄ ipſa in ſpū ſcō legitime ꝯgrega ta concilium ḡnale faciens z eccl̄iam catho licam repñtans:ptātem a xp̄o imediate hz cui q̄libet cuiuſcunq̄ ſtatus vel dignitat̄,et ſi papalis exiſtat obedire teneť. In hijs ma xime que pertinent ad extirpationē ſciſma tis:z reformationem dicte eccleſie in capi te z in membris zc̣.

❡ An concilium diſpenſet contra ius po ſitiuum diuinum vel naturale.

Oppoſito igiť q̄ conciliū ge nerale de cauſis/vt p̄ferť/co gnoſcere ac decidere poſſit. Queri nunc poſſet id de quo ſepe dubitať. Nunqd.ſ.conci lium ḡnale ptātez hēat diſpen ſandi ꝯ diſpoſitionem iuris poſitiui:vel na turalis:aut diuini. Et vr̄ Abbati Panor. in diſputatione ſua que incipit.Ep̄s z q̄dã rector,et dn̄o Petro de monte ep̄o Brixia no in libello Monarchie ſue.in v̄ſi.ſexta cō cluſio:arguendo ad partes: lz vnus coꝶ al terum non referat:q̄ concilium ḡnale non ſolum ſede vacante,ſed et papa viuente,nō poſſit apponere manum ad ea que ſunt re ſeruata Ro. pontifici. in ſignum ſuppreme ptātis et dignitatis ſue. Immo q̄ nō poſſit beneficia ꝯferre eccl̄iaſtica. Nec alia que gra tioſa ſunt concedere. Excepto ſi caſus occur reret extreme neceſſitatis. Quo caſu dicūt ipſi concilium erit adminiſtrator neceſſari us papatus:et non voluntarius. ❡ Quod aūt concilium ſede vacante ante creationē pape non poſſit ſe impedire in conferēdis dignitatibus et bñficijs eccl̄iaſticis:vel alia que ſunt voluntarie iuriſdictionis exerce re,niſi maxima neceſſitate cogente.alle.glo. quā dicit eſſe menti tenendam.in.c.quāq̄z. de elec.lib.vj.facit.lxx.di.in illis.xxij.di.c.i. In q̄bus dicit ipſe ꝓbari,q̄ ptās ꝓuidendi de ep̄atibus:ex antiqua eccleſie conſuetudi ne ſpectat ad papam: lz ptās ꝓuidendi de inferioribus bñficijs data fuerit ep̄is:et alijs prelatis ordinarijs.xvj.q.vij.oēs baſilice.x. q.i.regenda. Unde non dz concilium ꝯ hãs antiquas ordinationes aliquid attentare. Nec iura vel p̄eminentias pape violare,ar. in cle.ne romani.de elec.et de maio.et obe dien.cum inferior. Item ſicut capl̄z rep̄ſen tat eccleſiam cathedralem.de teſta.c.relatū. il.ij.et tñ ſede vacante non confert bñficia ſpectantia ad ſolius ep̄i collationem. Ne.ſe de vacante.c.i.lib.vj.no.glo.in cle.i.de here ti. Jo.mo.de maio.et obe.c.i.lib.vj. Ita nec concilium repñtans eccleſiam vlem dz ſuc cedere pape in ptāte conferendi bñficia: et alia faciendi:que ad eum ſolum ſpectare vi denť. Preſertim q̄ non pōt dici plenū con ciliū ſine papa.xvij.di.multis. Et ꝓpterea dicit ipſe dn̄s Barienſis q̄ hac conſyderatione concluſiue pōt dici: q̄ niſi magna ne ceſſitas vrgeret. Ita q̄ per conſtitutiones iā factas negocio inſtanti ꝓuideri non poſſet: et ſine maximo detrimento non poſſet pro uiſio differri:poſt creationem ſummi pon tificis: concilium de ptinentibus ad papaz nunq̄z ſe poterit impedire. Et ita dicit ꝓce dere argumenta per ſe facta ꝯ hanc conclu ſionem,q̄ ſicut neceſſitate vrgente vnū mē brum vuť officio alterius: z non alr̄.lxxxix. di.c.ſingula. Ita z corpus concilij inſtante neceſſitate z nō alr̄:dz fungi officio capitis hoc eſt pape. Et tunc ipſe xp̄s cuius negocia geruntť in concilio erit vnicum caput eccl̄ie ſine vicario.no.gl.in cle.ne romani. de ele. z.i xiiij.q.i.loq̄tur dn̄s. Erit ergo conciliuꝫ his caſibus neceſſitatis iminentibus admi niſtrator neceſſarius: z non voluntarius. Et hoc/inq̄t ipſe/vr̄ hēre magnam eq̄tatem. Et rñd.ad motiuum factum de btō Mat thia aplo: qui electus fuit a concilio aploꝝ. Actuū ꝑ caplo. Quia inq̄t Petrus ibi fuit tanq̄z ꝑncipalis:z ꝓpoſuit negociū:oēs au tem alij apli ꝯſenſerunt,elegerunt,z ꝓuide runt pp maiorem firmitatem: z pp nouita tem eccl̄ie. Et q̄ ipſe Petrus ita voluit z conceſſit. Poſtea tñ ipſe ſolus de ep̄atibus ꝓuidit:vt in.c.in illis.lxx.di.qui tex.ſm eū eſt menti tenendus. Et declarat ptātez pa pe ſuper eccl̄iam z concilium exemplo Pe tri,vt no. Inno.de cle.non reſi.ex geſtis.de re.iudi ad aplice.li.vj. ❡ Nec obſtat q̄ po teſtas a xp̄o data fuerit toti eccl̄ie. Et rñd. verꝝ eſſe q̄ dn̄s oēs aplos pares fecit Petro conſecratione z ordine ſed non iuriſdictio nis auctoritate. In qua Petrus oībus p̄fuit: vt no.glo.xxi.di.in nouo.xxiiij q.i.loquiť.ex tra qui. ſi. ſint legi. in.c. per venerabilem,

¶ Ad alr ſm eum. Tenēdo indiſtincte ꝙ
oīs ptās ſit in eccl̄ia: dicendum eſt illud eē
veꝝ quoad habitum, non aūt quoad actū
ꝛ exercitium: qḋ qdem eſt tm̄ in Petro et
eius ſucceſſoribus. Et hinc eſſe dicit ꝙ viuē
te vnico ꝛ catholico pontifice ex quo ceſſat
oīs rō neceſſitatis ꝯcilium gn̄ale nō pōt po-
nere manum ad ea que ſunt pape reſeruata
rōnibus ſupradictis. Item qꝛ eſſet ponere
duo pncipia in eccl̄ia: qḋ eſt hereticū. xxiiij.
q.i. loquit̄ §. ſi xxij. di. c. i. Et pro hac ꝯclōne
eſſe poſſet talis rō. Certum eſt ꝙ duo eādē
rem inſolidum: eodem modo poſſidere nō
pn̄t. ff. cōmoda. l. ſi vt certo §. ſi duobus vehi
culum: ſed nemo dubitat quin papa ſolus
ſit in quaſi poſſeſſione adminiſtrādi papa-
tum: ꝛ exercendi poteſtatem clauium in to
ta eccleſia: vt pꝫ ex ſupius dictis. Ergo cōci-
lium non pōt eſſe eodem tpe in dicta quaſi
poſſeſſione pp impoſſibilitatem. Poſt hec
tandem ꝯcludit ꝙ viuēte vnico paſtore nō
heretico concilium non pōt abſoluere: vel
alteri cōmittere vt abſoluat a nota excōica
tionis, a qua non abſoluit inferior Ro. pō-
tifice: ſicut eſt illa que incurrit̄ per canonē.
xvij. q. iiij. c. ſiquis ſuadente diabolo. ¶ Itē
non pōt diſpēſare in ſecundo, aut tertio gra
du affinitatis. ¶ Nec cum irregularibus:
pro quo alle. glo. (vt dicit ipſe) valde ſingu
larē. in. c. clerici. de de. excō. miniſtra. ¶ Itē
non pōt pallium tradere Archiepis: qḋ ſū-
mit̄ de corpore beati Petri. de ele. ſiquis.
¶ Et in ſumma dicit ꝙ non pōt facere ea
que ſunt reſeruata pape: ꝛ ſi ea facit, nullius
ſunt momenti: tanꝙ̄ facta a non hn̄te pote
ſtatem. vij. q. i. factus eſt cornelius ꝛ quaſi p
to. extra de iure patro. c. qḋ aūt. cum ſimi.
¶ Et pro hac ꝯclone ad illud qḋ ſ. dixit, ꝙ
eccl̄ia hꝫ iuriſdictiōem in habitu: ꝛ non in
actu: dat vnum ſile de papa: quoad iuriſdi-
ctionem tpalem: quam ſm cōem canoniſta
rum ſententiam. de qua in. c. nouit. de iudi.
hꝫ in habitu: cum tn̄ in actu ſit penes Im-
peratorem: vnde ſicut viuēte Impatore: pa
pa non pōt exire in actū iuriſdictionis tpa-
lis: nec deducere in exercitium qḋ hꝫ in ha
bitu. Qḋ oñdit xp̄s cum Petro extrahenti
gladium ꝛ Malchū pcutienti iuſſit vt gla-
dium reponeret in vaginam. Quam tn̄ iu
riſdictionem ēt actualr exercet Papa Im-
peratore mortuo. de fo. compe. c. lꝫ. ēt in ter-
ris imperij. Nam in terris eccl̄ie eam ſem-
per ꝛ indiſtincte exercet ſine ꝯdictione aliq̄

de appel. c. ſi duobus. vbi no. Ita in ꝓpoſi-
to nr̄o: lꝫ eccleſia habuerit claues ptātis in
habitu. Tn̄ papa eas hꝫ in actu ꝛ in exerci-
tio. Quia et tm̄ dictū fuit. Paſce oues me-
as. Io. vlti. caplo. extra de ele. ſignificaſti. Et
alibi Luce. xxij. c. ei dictum fuit. Et tu aliqñ
conuerſus: confirma fratres tuos. Que ver-
ba inquit ipſe ſonant in exercitium iuriſdi
ctionis. Ergo viuente papa eccleſia non dꝫ
deducere dictam iuriſdictionem in actū, lꝫ
illam habeat in habitu. Qḋ gn̄alr cōcludit
eſſe veꝝ in oībus cāis ſpectātibus ad Ro.
pontificem. De qbus in glo. magiſtra. in. c.
poſt tranſlationē. de offi. lega. ꝛ de exce. p̄-
la. in. c. ſicut vnire. cum concor. ¶ Sed ſal-
ua ſemper reuerentia tanti patris. Mihi ſa
ne vr̄ ꝙ ſibi alijſqꝫ hmōi ꝗlitis ſtudioſis ni
mis placere ſtuduerit. Dum vlis eccleſie ge
neraliſqꝫ concilij auctoritatem: dignitatē: ꝛ
iuriſdictionem oēm cōfundere: ac nihili fa-
cere contendit. Qūis aūt iſta indagatio de
pendeat ab illa ꝓfundiſſima materia pote-
ſtatis pape ꝛ concilij: de qua plenius ī. l lo-
co ꝓ̄p̄o diſſeremus. Attamen ne fruſtra di-
cta dn̄i Brixienſis recitaſſe videamur. Cō-
trariam ſententiam de iure dioceſano ir-
rep̄henſibilem arbitror. Et moueor ꝓ nunc
per iura ꝛ rōnes de qbus meminiſ. in tit.
Nunquid concilium gn̄ale habeat iuriſdi-
ctionem, ꝛ in ti. p̄cedenti. Maxime aūt ꝙ
negari non pōt: quin eccleſia vniuerſalis iu
riſdictionem habuerit: ꝛ clauium poteſta-
tem a xp̄o: cum dixit apoſtolis oībus in pſo-
nam ipſius eccleſie. Io. vlt. c. accipite ſpiritū
ſanctum. Quoꝝ remiſeritis peccata ꝛc. Et
Matthei. xviij. ſi peccauerit in te frater tu-
us ꝛc. ꝛ ibi. ꝙ ſi te non audierit dic eccle-
ſie. Et ꝓſequit̄. Amen amē dico vobis qō-
cunqꝫ ligeueritis ſuper terram erit ligatus
ꝛ in celis ꝛc. Et per hec dicebam ſ. cum tex.
de peni. ꝛ remiſ. in. c. noue ꝗdā: ꝙ dn̄s Je-
ſus xp̄s vniuerſis apoſtolis. i. eccleſie vniuer
ſali claues regni celoꝝ cōmiſit. Per quem
tex. Io. an. ꝛ alii. Notando p̄lalitatem cla-
uium inferunt iuriſdictionem vtriuſqꝫ fo-
ri eccleſie ꝛ conſequenter concilio gn̄ali eas
rep̄n̄tanti conceſſam fuiſſe. Qḋ cōprobant
tex. ꝛ iura ſ. alleg. xix. di. in. c. ita dn̄s. xx. di.
in nouo. ꝛ. xxiiij. q. i. loquit̄. Per q̄ iura ne-
gari non pōt quin hmōi iuriſdictio eo mo
do eccleſie in vnum cōgregate ꝛ vnite quo
apoſtolis congregatis ꝛ vnitis ꝛ eo modo
quo Petro vt capiti cōceſſa fuit. Cū ibidē

expreſſe

expreſſe dicatur ꝙ Petro vt capiti data ex
titit: ⁊ ꝙ ceteri apli pari conſortio honores
⁊ ptātem acceperunt. Non diuidendo tñ ꝑ
pter hoc vnitatem ipſius eccłie: que| vt. ſ. di-
xi| vnica eſt. Sed potius tenendo ꝙ petrus:
ls caput ſit: in corpore tñ exiſtat ecclie, ⁊ ec-
cleſia in Petro. Ita ꝙ pari ꝯſortio hāc au-
ctoritatem iuriſdictionem vnus per alteꝝ
receperit ⁊ eꝝ. Atqꝫ ita me vbiqꝫ tenuiſſe ⁊
tenere ꝓfiteor. Inherendo ſententie ſaluato
ris nrī. Jo. xvij. c. vbi loquendo ad patrem
de diſcipulis inqt pr̄ ſancte ſerua eos i noīe
tuo quos dediſti mihi: vt ſint vnum ſicut
⁊ nos. Et. I. vt oēs vnum ſint ſicut tu pr̄ in
me ⁊ ego in te vt ⁊ ipſi in nobis vnū ſint
⁊ ego claritatem quā dediſti mihi dedi eis
vt ſint vnū ſicut ⁊ nos ſumus. ⁊c. Per que
verba apparet manifeſte vnitas ecclie ⁊ oī-
um apłoꝝ: ⁊ ꝙ xp̄s eius ſponſus in ea inue
niat. Qd aūt concilium gñale hanc ptātes
⁊ iuriſdictionem vtriuſqꝫ fori habuerit: ex-
ercuerit: ⁊ in eius poſſeſſione vel quaſi ſem
per. Et tā papa viuo qꝫ mortuo fuerit: ſtul-
tum ⁊ ſuperfluum vr̄ heſitare cum iura no
ſtra oīa vndiqꝫ locupletiſſima teſtimōia af-
ferant: que colligunt. ſ. in ti. Quibus conci-
lijs plerīqꝫ canones ex his. q in corpore iu-
ris hñr aſcribant. ⁊ alibi. Et ꝙ ecclia vlis
pari conſortio eandem ptātem ⁊ auctorita-
tem habuerit: quā habuit Petrus: vt dicūt
iura ſſdicta. Pꝫ luce meridiana clarius. in
. c. concilia ſacerdotum. xvij. di. iuncta eius
glo. ⁊. iij. q. vj. in. c. dudum. vbi glo. fatet̄ ꝙ
concilia gñalia ſaltem ſcd̄ario dederunt: cō-
firmauerunt: ⁊ approbauerunt principatus
ecclie Ro. beato Petro: dꝫ a xp̄o ei principa
liter datus fuerit. xxj. di. qꝫuis. xvij. di. §. hic
etiam. ⁊. ix. q. iij. alioꝝ. Nūqd ergo ex eo ꝙ
eccleſia vlis: in qua erat Petrus: ⁊ que hāc
iuriſdictionem pariter cum eo pari ꝯſortio
habuit: voluerit iuriſdictionem ipſam exer-
ceri per Petrum tanqꝫ per caput miniſte-
riale ⁊ xp̄i vicarium: dicendum erit ꝙ ipſa
eccleſia eadem iuriſdictione ſeipſam priua-
uerit? Certe qui hoc diceret diſſipere vide-
ret̄: qꝛ hoc modo fateri oporteret: ꝙ eꝑs vi-
cario ſemel ab eo conſtituto: qui eius ordi-
nariam iuriſdictionem exerceret: ſeipſm pri
uaret: ⁊ ea amplius vti nō poſſet: qd̓ nemo
dicere auderet to. ti. ff. de offi. eius. cui man-
da. eſt iuris. ⁊ de offi. vica. per to. Et ꝙ hoc
verum ſit pꝫ exemplo ⁊ decreto ipſoꝝ apo
ſtoloꝝ. ⁊ primitiue eccleſie nr̄e: qui ita inter-

pretati fuerunt: ⁊ optime intellexerunt: cum
in cā fuerint. Nam qꝫuis petrus viueret ⁊
ab eis in caput miniſteriale ad exercendam
dictam iuriſdictionem eis a xp̄o pariter cō
ceſſam conſtitutus fuiſſet. Tñ ipſm qñqꝫ pe
trum orthodoxam xp̄i fidem diſſimulātes
ſeu potius negligentem: ⁊ xp̄ianos ſcandali
ȥantem ac iudayȥare ꝑmittentem correxe-
runt. Et paulus Apl̄s ei in faciē reſtitit, oſtē
dendo qd̓ modo dicebam: ꝙ. ſ. eadem eſſet
⁊ par poteſtas oībus. Nā vt inquit diuus
Hieronymus: qd̓ hr̄. ij. q. vij. c. paulus. Pau
lus petrum reꝑhendit, qd̓ non auderet: niſi
ſe non imparē ſciret. Nec hodie negat qſqꝫ
quin papam hereticū ⁊ male de fide ſentiē-
tem: aut vlēm eccliam ſcandaliȥantem: con
cilium gñale corrigere: iudicare: ⁊ deponere
poſſit: vt hr̄. xl. di. ſi papa. iuncta eius gl. no.
Nam ⁊ apli dñi oſtendebant hanc paritita
tem poteſtatis cum petro: qꝛ ls eum conſti-
tuiſſent in caput miniſteriale. Tñ cū opus
erat ipſius opera vtebant̄ vt ꝯfratris ⁊ co-
ep̄i: non aūt vt dñi a corpore eccleſie abſolu
ti vt Monarche, pꝫ Actuum. viij. c. vbi dr̄
qd̓ cum Samaria recepiſſet v̄bū dei. Miſe
runt ad eos petrum ⁊ Joānem. extra de ſa
cra vnctio. c. i. Ergo petrus ibi non erat vt
princeps. Sed ab apoſtolis ab ipſa eccleſia
mittebat̄. Sicut ⁊ alij apoſtoli: ad orandū
⁊ predicandum gentibus ⁊c. Et ꝑpea dixit
tex. xxj. di. §. hoꝝ. ꝙ petrus quaſi princeps fa
ctus eſt: vt non eſſet vere princeps: ſed qua-
ſi princeps. Et dicit paulus apl̄s ad Galla-
tas. ij. c. Et cum cognouiſſem ḡſam que da
ta eſt mihi. Jacobus: Cephas: ⁊ Joānes: qui
videbant̄ eſſe columne dederunt dextram
ſocietatis mihi ⁊ Barnabe. Ergo petrus
ſolus non erat columna. Nec ei erant ſerui
alij apoſtoli, maxime in concilijs ⁊ congre
gationibus coꝝ vbi eccleſia vniuerſalis cō-
ueniebat. Et per apl̄os ⁊ diſcipulos repñta
bat̄. Sed erant oēs confratres coep̄i. Unde
hac cōſyderatione papa non appellat ep̄os
ſeruos aut ſubditos ſed fratres: extra d̓ cri.
fal. c. qꝫ graui: Juxta illud. Maximum dñi
verbum vnus eſt magr̄ vr̄: oēs aūt vos eſtis
fratres. Matthei. xxiij. c. Et paulus dr̄ non
fuiſſe petro impar. ij. q. vij. paulus. Immo
eius ſocius ⁊ cōfrater tā in vita qꝫ in mor-
te deſcribit̄. Juxta illud qd̓ quotidie decan
tat eccleſia. Glorioſi principes terre, quō in
vita dilexerunt ſe: ita ⁊ in morte nō ſunt ſe
parati. ij. q. vij. c. bti petrus ⁊ paulus. Per

que oīa iūctis multis alijs argumētis que
induci poſſent: māifeſte pꝫ ꝙ hmōi ordina-
ria iuriſdictio: non minus in vniuerſali ec-
cleſia ꝙꝫ in petro, pari tñ ⁊ vnito conſortio
radicata ⁊ plātata fuerit a xp̄o. Et ꝙ in ea
iugiter ⁊ ꝑpetuo remaneat: remāſuraqꝫ ſit:
qtqꝫ eccleſia ipſa ⁊ vlē concilium ea libere
vti poſſit. Quotienſcūqꝫ occurrit ipſam in
concilio congregari: ſiue vacante: ſiue plena
exiſtente ſede papali. Cum ſemꝑ xp̄m prin-
cipale caput: ⁊ ſponſum ſuum habeat ꝓſidē
tem: quotienſcunqꝫ in eius noīe legitime cō
gregat̄. Matthei. xviij. c. Et ꝓphanum qui
dēꝫ videret̄ dicere, ꝙ eccleſia vnica xp̄i ſpō-
ſa ⁊ pientiſſima mater nr̄a extra: quā nemo
ſaluari pōt, de ſum. tri. ⁊ fid. catho. c. firmi-
ter. Iuriſdictionē non hēret: que ⁊ caput ⁊
membra aberrantia corrigere poſſet. Hanc
ſententiā intrepide firmat ⁊ ꝓſequit̄ Car-
di. Zabarel. in trac. de ſciſmate. ques poſuit
in Lectura ſua. poſt. c. ls. de ele. in. i. q. vbi di
cit ꝙ eccleſia Ro. vacante vniuerſalis eius
poteſtas reſidet in ipſa tota eccleſia: que eſt
fidelium congregatio. de con. diſt. i. eccleſia.
de biga. debitum. de elec. fundamenta. lib.
vj. ⁊ vt inqt ipſe ita ēt dicūt ph̄i, ꝙ regimē
ciuitatis conſiſtit penes ꝯgregationem ci-
uium, vel ipſius congregationis partes va-
lentiorem: que ſententia colligit̄ ab Ariſto-
tele. iij. politicoꝝ. c. viij. Unde conformiter
dicendum eſt: ꝙ regimen totius orbis pe-
nes congregationes vl̄em totius orbis: vel
ipſius valentiorem partem conſiſtat. Et re
gimen eccleſie vniuerſalis penes eccleſiam
vl̄em: que per gñale cōcilium repn̄tat̄: ipſo
concilio legitime congregato: cum ſuo capi
te | vt ſepius dixi | vel penes ipſius eccl̄ie par
tem valentiorem: que in concilio reſidet: cō
ſiſtere debeat. l. di. dn̄o ſcō ad fi. Nec refert
ꝙ oēs xp̄iani non ꝯueniant in ꝯcilio gñali.
Quia vt elegāter inqt Inno. in. c. fi. de ma
io. et obedi. ſatis eſt: ꝙ in rebus et negocijs
vniuerſitatum ꝯueniāt Rectores: vel pars
illa que magis idonea vr̄. C. de iura. calum.
l. ij. §. finaūt. ff. de condi. et demon. l. munici-
pibus. de ꝓcu. c. fi. et qō no. per ipſm Zaba-
rel. in. d. c. fi. de maio. et obe. q. i. Et in hoc i-
quit ipſe. d. Cardinalis non opꝫ inſtare: qꝛ
periti canonum in hoc cōiter ꝯueniūt. Qō
verbis ſufficere debuiſſet. d. Brixien. Que
ꝯclō ꝓbat̄, vt ſepius dixi: extra de elec. in. c.
ſiūs. de libel. obla. in. c. ignarus. de ſponſa.
c. de francia. de iudi. c. i. cum concord. ¶ Et

quoad diſpenſationes arguendo de minori
ad maius dixit. Spec. in. c. de diſpēſa. §. ſunt
quoqꝫ. vlr̄. item concilium: ꝙ concilium di-
ſpenſat ꝯ aplōs: vt leg. et no. lxxxij. di. in. c. pre
ſbyter. in prin. vbi pꝫ. ꝙ lꝫ apoſtoli ſtatuiſ-
ſent: ꝙ pꝛſbyteri fornicarij deponerent̄: vt hr̄
lxxxi. di. in. c. pꝛſbyter: aut diaconus. Tñ con
cilium Grāgienſe. de quo in. d. c. preſbyter.
lxxxij. di. diſpenſauit ꝯ canones aploꝝ: vt ēt
firmat glo. ibi. in ver. apoſtoloꝝ. Qō ſi con
tra aplōs diſpenſat. Quis ſane mentis nega
ret aut dicere auderet ꝯcilium ꝯ ius poſiti-
uum pape vel Imperatoris nō poſſe diſpē-
ſare. Cum ibi ſit oīum fidelium ꝯgregatio
atqꝫ vnica iuriſdictio. Pro qꝫ roboꝛe bene
faciunt que ſcribunt̄ per Archi. ⁊ Gemini.
poſt eum. in. c. porro. lxvj. di. per ea que pōit
Inno. in. c. fi. de ſacra. non iter. in prima gl.
¶ Ubi no. dixit. ꝙ eccleſia vl̄is pōt omitte
re oēm formam ab aplīs traditam. Preter
illam corporis ⁊ ſanguinis xp̄i: ⁊ illam que
tradita fuit in baptiſmo. ad qō alle. de con.
di. ij. ligdo. Et poteſt eſſe rō, qꝛ ſi per apoſto
los: ⁊ ſic per eccleſiam vl̄em huiuſmodi for
me in ſacr̄alibus inuente ⁊ ſtatute fuerunt:
ꝓut affirmant idem Inn. Jo. an. ⁊ alij vbi
ſupra. Ergo cum eius ſit tollere cuius eſt cō-
dere: non mirum ſi ipſa eccl̄ia vl̄is: dictas
formas moderari ⁊ ꝓrſus ēt tollere poteſt:
lꝫ ab aplīs eꝛoꝝ ꝑdeceſſoribus inuente ſta-
tuteqꝫ fuerint. Et ꝑpea dicebat Joā. an. vbi
ſupra in pe. col. ꝙ papa ⁊ eccleſia pōt in tali
bus formis nouas ſtatuere: ⁊ alias conſtitu
tiones facere: dūmodo non ſint ꝯrie ꝯſtitu
tionibus dei. Qꝛ aīe ⁊ que ad eas pertinēt
ſunt de iuriſdictione ⁊ foro pape ⁊ ſanctoꝝ
Patrum. Ad hoc. x. di. ſuſcipitis. xcvj. diſt.
cum ad veꝝ. de maio. ⁊ obe. ſolite. Nec mi-
rum dꝫ videri. ꝙ in iſtis ſacr̄alibus ex ꝯſti-
tutione eccleſie caracter infigat̄ aīe: qō qdaꝫ
heretici negare vident̄. Qꝛ ēt ex ꝯſtitutione
Imperatoris infigit̄ caracter militaris aīe
militis indiuiſibilr̄. i. q. i. qō quidam. Qō ſi
princeps terreſtris militie hoc facit: fortius
hoc facere pōt eccl̄ia vl̄is ⁊ gñale concilium
ar. xxx. q. iij. c. i. Et quoad ꝓncipale ꝓpoſitus
nr̄m ꝙ. s. concilium de diſpenſationibus ⁊
alijs oībus negocijs ad voluntariam iuriſ-
dictionem ſpectantibus ſe impedire poſſit
etiam papa in humanis agente ⁊ eidem cō
cilio vnito vel ꝓſidente ſeu ab eo per here-
ſim deficiente. Dicit Jo. an. in. c. non dꝫ. de
ꝯſan. ⁊ affi. ꝙ in concilio gñali Lugdunen̄,
Quod

Quod celebratum fuit per Grego.x. Anno
xp̄i.Mcclxxiiij.ꝛ durauit a principio men-
ſis Maij:vſqꝫ ad menſem Auguſti: vt re-
fert idem Jo.an.in.c.nemo.de ele.li.vj.fuit
tractatum de tollendo impedimēto publi-
ce honeſtatis:ꝛ ꝙ aliq̄bus ex p̄ribus vide-
bat illud ſimpl'r tollendum:alijs videbat
duꝫ illud tolli debere: ſed ſuadebant dari
ptātem ep̄is diſpēſandi circa illud. Alij vō
aſſerebant illud reſtringi debere ad ſpōſam
primi ꝛ ſecundi gradus tm̄:ꝛ in alijs duo-
bus gradibus tolli. Et ſubdit ꝙ q̄uis ꝑ p̄ſi
dentes concilij deliberatum fuiſſet. Scōm
hanc vltimam opinionē conſtitutiones fie-
ri debere. Tn̄ per ꝯcilium non fuit receptū
nec obtentum. Et ꝙ concilium fuerit ꝛ ſit
in poſſeſſione vel quaſi ptātē ꝛ iuriſdictio-
nem ſuam ordinariam libere exercendi:ſta
tuendo:iudicando:diſpenſando, iura limi-
tando vel interp̄tando ꝛc.bene colligit vbi
cunqꝫ concilij canones h̄n̄r.ꝛ ꝓbatur.xi.q.
i.ſiqs clericoꝝ.xij.q.ij.c.ſancimus. Qui tex.
fuit concilij Toletani.in.c.ſtatuimus. in cō
cilio Agathen̄.in.c.ſiquis ex clericis.in.c.ſi
quis ep̄s.in.c.diaconi.ea.cā.ꝛ.q.ꝛ quaſi per
to.xxj. di.c.vlti.vbi formal'r d̄r. Jn tm̄ hāc
p̄ſumptionem ſancti patres apud Calcedo
nem deteſtati ſunt:vt dioſcoꝝ, Alexādrinū
Antiſtitem īter cetera iccirco potiſſi'' ſine
vlla reſtitutione dānauerunt ꝛc.v.q.iiij. ꝛ
v.ꝛ alibi ſepiſſime. Ex q̄bus manifeſta ꝛ cō
cordi aſſertione colligit. Concilia ḡnalia de
rebus oībus ad regimen eccleſie vniuerſa-
lis ꝛ totius orbis q̄ad vtriuſqꝫ fori iuriſdi
ctionem ſemper diſpoſuiſſe:ordinaſſe: ꝛ de
terminaſſe etiam papa viuente atqꝫ p̄ſte.
Qō ēt cōprobat.xcvj.di.in.c.bn̄ qdē. Ubi
concilium papa p̄ſte atqꝫ p̄ſidente diffinit:
ꝙ laycis diſponēdi de rebus eccleſie nulla
ſit facultas,ad idem de ſponſa.c.i.ꝛ.lxiij.di.
hadrianus.ii.i.vbi ſynodus.viij'. q̄uis in
ea p̄ſiderent Legati pro hadriano pontifice
maximo Fotinū anathematiçauit ꝛ Igna
tium reſtituit:ac diffiniuit ꝛ ſtatuit: ꝙ ele-
ctiones epoꝝ per clericos fierent:ꝛ ꝙ layci
in illis ſe non impedirent ꝛc. ¶ Corrobo-
rata igit hac ꝯcluſione modo p̄dicto. Nunc
reſtat vt r̄ndeamus iuribus ꝛ rōnibus al-
legatis per.d.Burien.ex aduerſo. ¶ Non
obſtat igit ꝓ.glo. in.c.quāq̄z. de elec. lib.vj.
Jnq̄ztum dixit ꝙ electio epoꝝ deuoluitur
ad papam:q: per hoc non negat quin con-
cilium quoqꝫ de eccleſijs cathedralibus di-
ſponere poſſit. Et ſic non ponit hoc eſſe:qō
ab hoc contingit abeſſe. ¶ Minus obſtat
tex.in.c.in illis.lxxx.di. q: lꝫ ibi dicat beatus
Petrum p̄cepiſſe epos p̄imates vel patri-
archas poni in ciuitatibus ꝛ locis vbi erāt
flamies aut archiflamies tp̄e ethnicoꝝ ꝛc.
Tn̄ ꝓpter hoc non tollit poteſtas concilij
nec d̄r ꝙ hoc alijs aplis facere non licuerit
cū ipſo papa:quinimo Lucinus Papa in
.c.vrbes.ea.di.formal'r dicit. Jn ipſis vero
vrbibus poſt aduentum xp̄i apli ꝛ eoꝝ ſuc-
ceſſores Patriarchas ꝛ p̄imates poſuerūt
ꝛc. Per quem tex.clare conſtat hanc ptātes
ꝓuidēdi eccleſijs cathedralibus eccleſie vli
etiam reſeruatum fuiſſe. Et hoc approbare
v̄r illud qō Ro.pontifex hodie ſeruat q: ꝓ
uiſiones eccleſiaꝝ cathedraliū non facit niſi
in conciſtorio fratrum:hoc eſt dn̄oꝝ Cardi
nalium. Ergo fortius id fieri poterit ꝛ de-
bebit per conciſtoriū vlis eccleſie,vbi ꝛ ipſe
Pontifex ꝛ Cardinalis ꝛ alij ep̄i ſunt icor
porati ꝛ in ſpū ſcō ꝯgregati. ¶ Et idem re-
ſpondet ad tex.in.c.i.xxij.diſt. Dum inqt ꝙ
Ro.eccleſia inſtituit ep̄atus Metropoles
ꝛ primatus ꝛc. Nec per hoc ꝙ concilium ꝓ
uideret de hmōi eccleſijs diceret violare iu
ra ꝛ priuilegia pape: ſed potius diceret vti
iure ſuo:ꝛ ea ptāte:que ſibi a xp̄o tradita fu
it:ꝛ penes eam exiſtit cum papa. Non eſt ēt
bona comparatio vel illatio de caplo eccl'ie
cathedralis ad concilium. Dicendo.ſ.caplꝫ
ſede vacante non ꝯfert:nec vtit iuriſdictio
ne voluntaria ꝛ gratioſa ſpectante ad ſolū
ep̄m. Ergo nec concilium ſe impedit de ſpe
ctantibus ad papam:q: nulla eſt conueniē-
tia de caplo ad ꝯciliū. Naꝫ caplꝫ hꝫ iuriſdi-
ctionem ſubalternam reſtrictam ꝛ limita-
tam a iure cōi:pp īminētē neceſſitatem: vt
pꝫ in.c.cum olim.ꝛ in.c. his que in āliquis.
ꝛ in.c.i.de maio.ꝛ obe.lib.vj.no.in.c.i.ne.ſe
de vacante.eo.lib. Nec caplꝫ hꝫ idem ꝯſiſto
rium:ꝛ ptātis:ſeu iuriſdictionis cōſortiū:
ꝓut hꝫ concilium ḡnale cū papa: ꝓut.ſ.oſtē
dimus. Nec hꝫ aliquo caſu iuriſdictionem
vel ſupioritatem caplꝫ in ep̄m:vt hꝫ ꝯcilium
in papam:vt in cā hereſis ꝛc.xl.di. ſi papa.
Ergo non eſt bona cōparatio:ꝛ ex diuerſis
non fit illatio.l.papinianus exuli.ff.de mi-
no.l.eum actum.ff.de nego.geſt. ¶ Et falſū
eſt dicere ꝙ papa mortuo ꝯciliū non poſſit
dici plenū capite deficiente: q: vt.ſ.dixi. De
ficiente papa eccl'ia pp hoc non eſt acheſala
ſed xp̄s deus nr̄:qui eſt veꝝ caput idemqꝫ

ſacerdos ⁊ ſacrificium vlis eccl'ie:de ſum. tri.
⁊ fide catho.c.firmiter:concilium plenum ſa
cit:⁊ in eo vt verus paſtor p̄ſidet. Matthei
.xviij.c.ponit glo.in cle.ne romani. de elec.
⁊ qui alr diceret:negaret cōcilium papā he-
reticum:⁊ ſciſmaticum: ⁊ ſic mortuū ⁊ ab
eccl'ia catholica abſciſſum iudicare poſſe ⁊
alterꝫ catholicum ſubrogare:qḋ eſt erroneū.
¶ Non eſt ēt verꝫ ꝙ concilium ſe non im
pediat:niſi in his que ſunt neceſſarie iuriſ-
dictionis. Quia imo oīa que ſunt volunta
rie iuriſdictionis expedit:prout ſ.ps. ¶ Et
quoad ꝓuiſiones ep̄oꝝ vltra tex. in.d.c.vr-
bes.lxx.di. Probat' ēt exemplo beati Mat
thie per ip̄m.d. Brixieñ.adducto. Cui ſe in
uoluendo male rñd. Dum fugiendo oppo-
ſitionem cui rñderi non pōt: dicit beatum
Petrum ita voluiſſe: ⁊ concilium apl'oꝝ
ad hoc conuocaſſe:q꜡ cum bona eius venia
iſtḋ eſt diuinare maxime ꝯ tex. claꝝ ⁊ aper
tum. Non.n.hoc qḋ dicit ipſe colligi,aut in
telligi:vel ſubaudiri pōt ex illo cap'lo Actu
um ꝑ. Immo totum ꝯ̄rium colligit', q꜡ ibi
dr̄ aperte,ꝙ Petrus ꝓpoſuit. Et dr̄ ibi. ꝙ
apl'i oēs congregati orātes dixerunt. Tu do
mine qui noſti corda hoīum: oſtēde nobis:
⁊ ſic per inuocationem ſp̄ūs ſci:quem elege
ris ex his duobus. Et dederunt ſortes pro
votis:⁊ cecidit ſors ſup Matthiā:⁊ ita eum
elegerunt. Nec quēpiam moueat id qḋ ibi
dr̄ Apoſtolos ſortem dediſſe:⁊ ꝙ ſors ceci
derit ſup Matthiam:q꜡ ſors illa non fuit ꝯ
gñe ꝓhibitoꝝ:ſed potius fuit remiſſio ad
iudicium ſignū:⁊ declarationē ſp̄ūs ſci: qḋ
pꝫ ex eo ꝙ ibi dicit:ꝙ apl'i orantes dixerūt.
Tu dñe qui corda noſti hoīum oſtende quē
elegeris ex hijs duobus:vnum accipere lo-
cum miniſterij huius ⁊ apl'atus de quo ꝑua
ricatus eſt Judas: ⁊ dederunt ſortes eis ⁊
ꝙ cecidit ſors ſuper Matthiā:q꜡ ītelligi dꝫ
ꝙ remiſſis ſortibus iudicio diuino ſors h̄
eſt p̄electio ⁊ ſignum diuine lucis:e celo ce
ciderit ſuper caput Matthie. Prout ēt ſen
tiunt qui vitā eiuſdem glioſiſſimi apl'i ſcri-
bunt. Corroborat' a maiori. Nam concilium
ſede vacante pontificem maximum eligit:
vel de ipſius electione ſtatuit ⁊ ordinat. ar.
lxi.di.c.i.⁊.ij.⁊ melius.lxxix.di. ſi duo. ⁊ in
et eccleſia ī papa.vij.q.i.ſcire debes. Et vbi papa per hereſim vel ſciſma ſe ab ipſa eccleſia ſeparat. Chriſtus ī loco ſuo reſidet. Ita vt ſemper ſit vnica ſponſa chriſti ſine macula ⁊ ſine ruga aliqua. ¶ Ad tex. in.c.patet.ix.q.iij.dum dicit ꝑſ profecto ſedis apoſtolice cuius auctoritate maius non eſt iudicium, a nemine fore retractandū. Nec vnq̄ꝫ liceat de eius iudicio iudicare. Rn̄.ꝙ loquitur de ſede apl̄ica:et non de papa. Nam aliud eſt papa:aliud ſedes apl̄ica. de reſcrip.ſi gratioſe lib.vj. Nam ſedes apl̄ica intelligitur cum collegio Cardinalium et clero ſuo: vel iura illa que loquunt̄ de Papa: intelliguntur de papa catholico q clame diſcretionis et iuſtitie nō errāte vtit̄ ⁊ viuit: ꝓut ſ̄ dcm̄ fuit:per tex.in.c.nemo.ix.q.iij. ¶ Ad tex.et iura que dicunt:ꝙ deus voluit cauſas aliorum hoīum per homines terminari:ſed ſedis apl̄ice ꝑſulem ſuo ſine qōne reſeruauit arbitrio. Et ꝙ voluit beati Petri apl̄i ſucceſſores celo tantum debere innocentiam: vt dicit formalr̄ tex. Symachi pape.ix.q.iij.in.c.alioꝝ. Rn̄.ſꝫ qd̄ ſ̄ dixi:ꝙ dicta iura loquunt̄ de occultis delictis pape:pro quo ꝑſumēdum eſt ꝙ ſanctus:iuſtus:et bonus ſit.xl.di.non nos.ibi. Quis enim ſcm̄ dubitet eſſe, quem apex tante dignitatis attollit:et infra ſufficiant que a loci ꝑdeceſſore teſtant̄: aut enim claros ad hec faſtigia erigit: aut q eriguntur illuſtrat: et hoc bene ꝓbant verba.d.c.alioꝝ.ibi.ſuo ſine qōne reſeruauit arbitrio, vel vt alibi dr̄ iudicio:quaſi dixerit,ꝙ de factis pape non ſit temere iudicandum vel loquunt̄ illa iura de poteſtate clauium in iudicio anime:non autem in iudicio fori. Nos vero loqmur in iudicio fori. Cum papa notorie delinquit vt ſ̄. Poſſet ēt forte dici:ꝙ illi tex.loquant̄ de iudicibus ſecularibus. Qd̄ comprobare vr̄ tex. Melchiadis pape.xij.q.i.futuram.vbi habent̄ dicta verba Conſtantini Imperatoris. Non tantū de papa ſed de alijs quoq̄ꝫ inferioribus clericis:vnde ibi dr̄:ꝙ idem Conſtantinus ꝑſidens ſancte ſynodo:que apud Nicenā congregata eſt. Cum querelam quorūdam clericoꝝ conſpiceret coram ſe deferendam:ait vos a nemine diiudicari poteſtis, qꝛ ſolius dei iudicio reſeruamini. Dij etenim vocati eſtis:⁊ iccirco non poteſtis ab hominibus iudicari ⁊c. Et facit pro dicta interꝑtatione cōis vſus loquendi etiā apud ſacros canones:qꝛ appellatione iudicum cōiter intelligitur ⁊ ſecularibus. Pro quo tex.in.c.nullus iudicum. de iudi. cum ſimi. Alias autem:niſi ita intelligeret̄: cum dicta iura nullum caſum excipiant. Nō poſſet ēt papa hereticus ꝓ hereſi accuſari vel ɔdēnari: qd̄ tn̄ falſus ē ⁊ erroneū dicē.d.c.ſi papa.xl.di. ¶ Ad tex.in.c.ipſi ſunt canones. ⁊ in.c.cūcta per mundum.ix.q.iij.dum ibi dr̄: ꝙ nō lꝫ appellare a ſententia pape, cum non hēat ſuperiorem ad quem appellari poſſit. Reſpōſum fuit ſ̄.ꝙ.ſ.illa iura intelliguntur:q̄ꝛ̄diu agit ⁊ iudicat:vt papa: ⁊ iuſtitiam in ſe ⁊ alios temperat.d.c.nemo. Et quoad appellationes ab eius ſententijs ſatis clare ſ̄.oſtēſum fuit:ꝙ imo ab ipſius ſentētijs iniquis ad ſeipſum melius informandum, ⁊ ad concilium generale appellari poſſit: ſimile eſt qd̄ dr̄ cum papa cōmittit cām appellatiōe remota:qꝛ intelligit̄ de friuola, non aūt de legitima appellatione:vel a iure ꝑmiſſa.extra de appel.paſtoralis.cum ſi.⁊ rōem reddidimus. Qꝛ ſi in totum ꝓhiberet̄ appellari a ſententijs pape iniquis, iſtud eſſet innocentes q̄n̄q̄ꝫ opprimere: ⁊ defenſionē oppreſſis iniuſte tollere. Qd̄ non lꝫ: cum defenſio ſit de iure naturali qd̄ principis poteſtati nō ſupponit̄:nec per eū auferri pōt:vt habetur in cle.paſtoralis.§.ceteꝝ.de re iudi. ¶ Ad illud Exodi.xix.vbi dr̄. Beſtia q̄ tetigerit montem lapidabit̄:⁊ ad illud qd̄ dicitur.vj.regum. qd̄ hr̄.ij.q.vij.§.ex his. vbi hr̄ ꝙ Oça percuſſus fuit a dn̄o, qꝛ Archam tetigit vt eam inclinātē in caſus dirigeret. Rn̄.ꝙ primum exemplum intelligit̄ in figuram de ſacrilegis manus violentas in principes vel ſacerdotes iniicientibus diabolo ſuadente.xvij.q.iiij.ſiquis. Scōm vo exēplum etiam figuratiue intelligit̄: ꝓut declarat̄ ibi in §.his.ita rn̄detur ⁊c. Nam p Archam intelligunt̄ ꝑlati:per Oçan intelligūtur ſubditi:q manum ad Archam inclinatam.i.ad ꝑlatos errantes accuſando ⁊ icrepando manus imponunt temere ⁊ corrigere volunt:lꝫ nullam in eis iuriſdictionē habeāt:eoſq̄ꝫ in ſeueritatis amaritudine erigere volunt. Nos vo ſumus ⁊ loqmur ī caſu diuerſo, vꝫ.cum agit̄ coram ſuperiore iudice contra montē corruptus ⁊ archam inclinatam ruentem ⁊ iam forte collapſam.

¶ Non obſtat exemplum Dauid Regis. Regum.xxiiij. de quo in.c.pleriūq̄ꝫ.ij.q.vij. qui penituit:eo ꝙ oram clamidis Saul:ꝑcidiſſet. Nec ob.qd̄ ibi dicit Gratianus: ꝙ.ſ.

per illud exemplum datur intelligi: q ſubditi q̃uis religioſi ſint. Prelatos ſuos criminoſos accuſare non poſſunt. Quia facta paſtoris gladio ferienda non ſunt: q̃uis recte reprehendenda videant̃: vt dicit tex. in.c. oues.ca.ij.q.vij. Quia reſpondendo vt ſ. di xi. p̄dicta intelligunt̃: z ſemet declarant intelligi debere de ſubditis inferioribus, qui nullam poſſunt habere iuriſdictionē in p̄latos ſuos. Nos v̄o loqmur in ꝯcilio ſupiore z iudice: vt ſ. diximus. Et tex. i.d.c. oues dicit. q ēt ſubditi p̄latum reprehendere z accuſare poſſunt: ſi a fide exorbitauerit zc.

¶ Non obſtat tex. in.c. electiones. lxxix.di. qui fuit tex. Anacleti pape z martyris: dũ dicit electionem v̄o ſũmoꝝ pontificum vel ſacerdotum ſibi dñs reſeruauit: ꝫ electionē eoꝝ bonis ſacerdotibus z ſp̄ualibus conceſſiſſet. Quia rñ. q ꝫ videat fortiter obſtare ſupraſcripte cõcluſioni: maxime propter eius glo. que tacite tollit argumẽtum regule: eius eſt tollere cuius eſt condere: vt in.c. j. extra de reg. iu. omnis res. z regule ad quē ſpectat inſtitutio z deſtitutio. xvj.q.ij. viſis. z qui benedicere poteſt z maledicere: z qui ligare z ſoluere. xxj.di. inferior. z.c. denīqꝫ. dũ vult q in papa fallit hec regula. Tñ reſpondeo q nõ loquit̃ de deiectione vel priuatione adminiſtrationis: vel dignitatis: aut cathedre: vel ēt de depoſitione: vel degradatione exercitij ordinis ſacerdotalis. Quia iſtud eēt notorie falſum: cũ papa hereticus vel ſciſmaticus: vt ſ. late oſtēſus fuit: z omnes ꝯcordant deponit̃ a ſede papali: et etiam ab ordine ep̄ali: cum eo caſu ſit inferior q̃libet catholico: et alij ſacerdotes et ep̄i etiam deponunt̃ a Papa: ſacerdotes v̄o inferiores a ſuis prelatis, vt no. in.c. inter corporalia. extra de tranſla. p̄la. xvij.di. felix. §. ſi aũt. et in.c. degradatio. de pen. cum vulgar. Sed q ſp̄ualia facilius conſtruuntur q̃ deſtruantur. d.c. inter corporalia. ille tex. in.c. electionem. intelligitur cõiter de deiectione gratie diuine, q ſolus deus nouit quos elegerit: vel quos eiecerit: pro quo bñ facit tex. xl. di. nõ loca. vbi dr̃: ſed nos aut merita bona coniungunt: aut mala diſiungunt. Per ordines enim collatos ꝯfertur gratia. i.q.i. quicquid: que gratia non põt auferri ab homine: intantum vt dicamus: q ꝫ ordinatus ab homine degradetur. Tamen celebrando et conſecrando conficiet adhuc corpus xp̄i: vt no. in.c. ij. de cle. excom. mi. Et verberantes degradatum inciderent in canonem excõicatiõis. de quo. xvij.q.iiij. ſiquis. Et hoc eſſe dicimus ꝑpter gratiam z caracterem impreſſum in anima ordinati: qui: vt di. j. ab eo per hominem auferri non põt, vt no. in d.c. ij. z in.d.c. degradatio: et alibi. facit tex. xxiij.q.iiij. in.c. ſicut. ibi. q̃ſi apud deum nõ gradus elegantior. Sed vite melioris actio cõprobatur. Uel dici forte poſſet q tex. i.d.c. electionem. intelligatur de occultis criminibus pape, et ſacerdotum: que a ſolo deo iudicantur. Pro quoꝝ qualitate ipſe ſolus deus cõfirmat vel deijcit electos in paſtores. Cum ſit ſcrutator cordium z ſecretoꝝ: ſeu z tertio: intelligitur forte de iudicio temerario eoꝝ: qui iudicare volũt interiora hominis: z cordis penetralia: qḋ iudiciũ ſoli deo reſeruatur: vt dixi. vj.q.i. per to. z maxime in.d.c. oues. ibi. Ep̄i enim a deo ſunt iudicãdi: qui eos ſibi oculos elegit. Nam a ſubditis: aut praue vite hominibus non ſunt accuſandi: arguendi: vel lacerandi zc. Unde dicimus q ſuſpitioni temerarie non eſt credendum. xj. queſtione. iij. in cunctis.

¶ Non obſtat pariter vulgatiſſimus tex. in.c. ſi Papa. xl. di. dum dicit q culpas pape redarguere p̄ſumit mortalium nullus: etiam ſi deprehendatur negligens: inutilis remiſſus in ſuis operibus: z inſuper in bono taciturnus: qḋ magis ſibi officit z omnibus. Et qui innumerabiles populos ſecũ cateruatim ducit mancipia gehenne, q cũctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus: niſi deprehendat̃ a fide deuius zc. Per quē tex. vr̃ q ꝫ papa notorie peccet. Et malis ſuis moribus z exẽplis populos delinquere faciat: q nõ poſſit ꝑpterea ab aliquo iudicari. Quia breuiter dico tex. illũ ſi bñ inſpiciat̃: non loqui de peccato actuali z notorio pape: ſed potius de peccato omiſſionis: vbi. ſ. papa eſſet negligens: remiſſus: taciturnus, z inutilis, ꝑpter que cum populos nõ arguit: icrepet: z corrigat: ipſe omittendo grauiter peccat: z alios peccare ꝑmittit: ſeqꝫ z illos trahit in gehennã. xliij. di. ſit rector. Unde ep̄s ſubditoꝝ crimia tollerãs: z qui non corrigit delinquentes ab officio ſuſpendit̃. lxxxiij. di. ſiquis ep̄s. Et ep̄s qui ſubditoꝝ crimina non corrigit: magis dicēdus eſt canis impudicus q̃ ep̄s. c. nemo. z error cui non reſiſtit̃ approbat̃. Neqꝫ caret ſcrupulo ſocietatis occulte. Qui manifeſto facinori deſinit obuiare. c. error. eã. lxxxiij.

di. z quaſi

di. ⁊ quaſi p to. Preterea ille tex. excipit ca-
ſum. Cum papa eſt deuius a fide. Nec dicit
vt interpꝛetātur quidam: qñ ſtrictiſſime eſt
hereticus ꝯ articulos fidei. Unde ſi papa ⁊
verbis et factis, et delictis ſuis eccleſiam ſcā
daliçantibus pertinaciter perſeuerat: et fra
terne monitus deſiſtere non curat, ſed ipe-
nitens eſſe conuincitur. Nonne dici ds a fi
de manifeſte deuius: de hereſi ſuſpectus: et
ꝯñr a concilio coꝛrigendus: emendandus, ⁊
iudicandus? Maxime qꝛ perſeuerando tās
obſtinate in delictis hñtibus cām ſucceſſi-
uam ⁊ reiterabilem dogmatiçare et ꝓfite-
ri vr̄ ſaltem tacite: facto et re ipſa: illa crimi
na que lege diuina prohibita ſunt non eſſe
peccata: ſed xp̄ianis licere ea impune cōmit
tere. Qđ enim agitur a p̄latis: facile trahit̄
a ſubditis in exemplum. Juxta qđ inqt do-
minus ad Moyſen in Leuitico. Si ſacer-
dos qui eſt vnctus peccauerit: faciet delin-
quere populum. extra de voto magne. Pre-
latus aūt non tm̄ verbis ſed factis et exem
plis ds ſubditos monere. lxxxi. di. nemo. Et
ex mala vita p̄lati p̄ſumptio inſurgit ꝯ vni
uerſam eccleſiam. que ipſum tollerauit: per
hoc tex. in. c. qualr̄ et quando. il ij. de accuſa.
coniuncto principio cum ipſius fine. et i. c.
cum. §. ⁊. A. de re. iudi. ſm Abb. panoꝛ. in
.c. per inqſitionem. de ele. vbi in ꝓpoſito di
cit vnum notabile verbum: qꝫ Canonici de
bent reſiſtere p̄lato male adminiſtranti: ad
hoc tex. no. iuncta eius glo. in. l. qm̄. C. de ap-
pel. Et notabile dictum Jnno. in. c. inqſitio
ni. de ſen. excō. circa fi. vbi dixit qꝫ iniuſto p̄
cepto pape non eſt obediēn. maxime qñ ex
eo vehementer p̄ſumit̄ ſtatum eccl'ie turba
ri vel alia forte mala ventura eſſe. Cum er-
go paria ſint verbo aliquid hereticum dog
matiçare, vel facto et re ipſa hereticalia face
re: et ſe talem exhibere et oſtendere. ar. opti
mo. extra de appel. dilecti. de accuſa. inqſitio
nis §. nec ad petitionem. in ver. aſſerunt. ff.
de edil. edic. l. ſi tm̄. §. ei qui. et. xxij. q. vi. c. ca-
uete. facti enim euidentia dep̄henditur quis
hereticus eſſe: extra de hereti. ad abolendā.
vbi glo. in ver. dep̄henſi. et probatur in. c. ſi
lii. in. c. in fidei. in. c. cum contumacia. et qſi
per to. eo. ti. li. vi. Jdeoqꝫ eſſe vr̄ a fide exoꝛbi
taret: et alios verbo vel exemplo a fide deij-
cere. ij. q. vij. c. paulus. vbi dr̄ paulus dicit ſe
niorem ne increpaueris. Sed hec eius regu
la tunc eſt obſeruanda. Cum culpa ſenioris
ſuo exemplo nō trahit ad interitum coꝛda

iunioꝝ. Ubi aūt ſenioꝛ iunioꝛibus exemplū
ad interitum p̄bet. Jbi diſtricta increpatio
ne feriendus eſt. Nam ſcriptum eſt. in Eſa
ia vt inquit glo. ibi. laqueus iuuenū omnes
vos ⁊ rurſus maledictus puer centum an
noꝝ. Qui tex. optime facit pro ꝯcluſione no
ſtra de qua ſ. Et ad rñſionem iſtoꝝ duoꝛus
iurium per turrē crematā allegatoꝝ: vltra
p̄dicta facit ēt tex. ij. q. vij. oues. dum iquit.
oues que ſuo paſtoꝛi cōmiſſe ſunt: cum nec
rep̄hēdere (niſi a fide exoꝛbitauerit) nec vl
latenus accuſare poſſunt: qꝛ facta paſtoꝛum
oꝛis gladio ferienda non ſunt ⁊c. Ergo ſi a
fide deuiaret vt ſ. ꝯrium eſſet. Nā propter
periculum animaꝝ multa conceduntͬ q̄ mi
nime concedenda. videntͬ. extra de pen. c. fi.
de ſen. excō. nup. ⁊. c. ſacro. in fi. ⁊ de offi. oꝛ-
di. in. c. ad repꝛimendam. Et ſic remaneret
expedita ꝯcl'o nr̄a qꝫ. ſ. papa actualr̄ ⁊ noto-
rie ac incoꝛrigibilr̄ peccans. Poſſit veluti
ſciſmaticus ⁊ hereticus accuſari denuncia-
ri ⁊ deponi: vel coꝛrigi: ⁊ emendari: ſi vult
in concilio gn̄ali. Cum facta vt dixi verbis
equiparētur: ⁊ ipſum delicta talia hereticus
vel de hereſi vehementer ſuſpectum faciāt.
ar. xxv. q. i. in. c. que ad perpetuam. ⁊. i. q. vij.
⁊ ſi illa cū ſi. ¶ Ad tex. in. c. nemo. ix. q. iij. ſ.
rñſum fuit qꝫ potius facit pro ꝯcl'one noſtra
q̄ꝫ ꝯ pp illa verba iuſtitiam temperare deſi
derantem ⁊c. a contrario ſenſu. ¶ Ad tex.
in. c. ipſi ſunt canones. ea. ca. ⁊. q. Rn̄. vt ſ. ⁊
qꝫ iſte tex. facit pro concilio ⁊ pro ꝯcl'one no
ſtra. Quia ex eo colligitͬ quod ſ. dicebam. ſ.
qꝫ iſta p̄rogatiua iſtius adminiſtrationis pa
palis emanauerit a ſacris conciliis, ⁊ ſacris
eoꝝ canonibus ſaltem ſcđario: ⁊ ſic de iure
poſitiuo: xp̄uis poteſtas clauium a chr̄o pro-
ceſſerit: vt ēt colligitͬ ex tex. in. c. concilia ſa-
cerdotum. §. hinc ēt. xvij. di. Quod ſi iſta iu
riſdictio ⁊ adminiſtrationis ⁊ p̄eminentie
a conciliis ꝓceſſit. Ergo concilia iure ſuo ēt
in papā ſaltem a fide deuiū vti poterūt ⁊c.
¶ Ad tex. in. c. cuncta per mundum. ix. q.
iij. dum dicit qꝫ nulli lꝫ iudicare de iudicio
ſedis ap̄lice. Rn̄. vt ſ. p̄ qꝫ de eccl'ia Ro. logtͬ
⁊ non de papa. Scđo qꝫ ille tex. loquitͬ ſicut
alii pleriqꝫ de ſingularibus perſonis vel iu
dicibus. Non aūt de vniuerſitate cōcilii ge
neralis, qđ pꝫ per verbum cuiqꝫ: ⁊ qꝛ gn̄alr̄
loquendo non excipit caſum hereſis: qđ fe-
ciſſet ſi ēt concilium gn̄ale includere voluiſ
ſet: vnde dici forte poſſet: qꝫ iura oīa que vi
dentur dicere: qꝫ papa a nemine poſſit iudi

cariꝫintelligant̄ excepta ſemp ſuppꝛema au-
ctoꝛitate ꝛ poteſtate cōcilij:ſicut in ſimili di
cimus in iuramēto qḋ pꝛeſtatur ď fidelita-
te vel aliqd faciendo:qꝛ ſemper intelligitur
excepta ſuppꝛema poteſtas principis: extra
de iureiuran.in c.venientes. Uel alr̄ ad ꝑ-
dictum tex.ꝛ ad oīa alia iura ſimilia vnico
verbo rn̄deri pōt.vꝫ. ꝙ intelligant̄ ſm tex.
in.d.c. nemo.ix.q.iij. Donec.ſ.papa in ſe ꝛ
alios iuſtitiam tēperare voluerit: ꝛ ſm eaꝫ
innocentiam quam celo dꝫ viuere cōpꝛoba
bitur.c.alioꝝ.ea.ca.ꝛ.q. Nec releuat dicere
per pꝛincipium illius tex.Cuncta per mun
dū nouit eccl̄ia ꝛc.ꝙ ex quo eccl̄ia vl̄is hoc
nouit:nō poſſit ab ea iudicari: qꝛ ip̄a eccl̄ia
hoc nouit:ꝙ.ſ. papa nō pōt iudicari q̄ꝫdiu
ſm iuſtitias ꝛ innocentiā papalem vixerit.
Non autem hoc nouit ſecundum intelligē-
tiam quam eidē tex.dat ipſe.d.de turre cre.
¶ Idem etiam rn̄deri pōt ad auctoꝛitates
Inno.iij.in illis duobus ſermonibus de cō
ſecratione Ro.pontificis.Dum dicit in tā
tum mihi fides eſt neceſſaria: vt cum de ce
teris peccatis deum iudicem habeā: pp ſolū
pctm̄ qḋ in fidem cōmittit̄ poſſem ab eccle
ſia iudicari. Nam qui non credit iam iudi
catus eſt ꝛc.Et ſil'r ad tex.i.c. oues.ij.q.vij.
de quo.ſ.ꝙ.ſ.loq̄t̄ de pctis occult̄, ꝛ ď ſub
ditis vel ouibus diſperſis,ꝛ crioſis. Nō āt
de eccl̄ia vl̄i in ſynodo generali cōgregata.
¶ Ad canones concilioꝝ iam rn̄ſus fuit.ſ.
Et ad conciliū beati Silueſtri Rome pn̄ti
bus Conſtātino Auguſto,ꝛ Helena matre
ipſius celebratum per.cclxxxiiij. ep̄os.xlij.ꝑ-
ſbyteros.ꝛ quinqꝫ diacones: qui vt inquit
ipſe ſubſcripſerunt. Ubi in vltimo canone
dicti concilij dr̄.nemo iudicabit pꝛimam ſe
dem ꝛc.Rn̄.pꝛout.ſ.rn̄ſum fuit.ad tex.in.c.
nemo.ix.q.iij.vbi ſunt illamet verba lꝫ iſte
tex.Inno.ꝛ non Silueſtro vel Conſtanti-
no aſſcribat̄. ¶ Ad tex.in.c. nunc aūt.xxj.
di.de Marcellino papa ſatis ſuperqꝫ ſupꝛa
reſponſum fuit:dando nouum intellectum
ꝛ multum conſentaneū eidē.c. ¶ Ad tex.
in.c.concilia ſacerdotum.§.hinc etiam.xvij.
di. Rn̄detur ꝙ ille tex.belliſſime facit ꝑ cō-
cluſiōe nr̄a:vt ēt ſupꝛa dixi. Ibi.n.dr̄ ꝙ rex
Theodoꝛicus:deo inſpirante. Rn̄d.ſynoda
lis eſſe arbitrij in tanto negocio ſequen̄. ꝑ-
ſcribere:ꝛ rō adiungitur in pꝛin. ga.ſ.poſt
iuſſionem dn̄i:ꝛ poteſtatem clauium Pe-
tro ꝛ ſucceſſoꝛibus traditam:ſciebat ꝙ con
cilioꝝ venerandoꝝ auctoꝛitas ſingularem
pape in eccleſijs tradidit poteſtatem. Et ꝙ
pꝛopterea Antiſtites dicte ſedis minoꝝ nō
ſubiacet iudicio ꝛc. Ac ſi aperte diceret: ꝙ
ſolum concilium a quo papa tantam habu
it adminiſtrationis ꝛ poteſtatis ꝑrogatiuā
iudex eſt cōpetēs ipſius pape.Et nō alij mi
noꝛes vel iferioꝛes iudices:ſm quē tex.oīa
alia iura.ſ.ſcripta gloſari ꝛ canoniçari pn̄t.
¶ Ad tex.item in.d.c.concilia ſacerdotum.
§ſi.ſymachus papa. xvij.di. vbi concilium
pꝛonunciando ſuper negocio Symachi pa-
pe:qui accuſatus fuerat:ꝛ calumniabatur in
multis.Dixit Symachus Papa ſedis apo
ſtolice ꝑſul ab hmōi oppoſitionibus impe-
titus:q̄ꝫtum ad homines reſpicit: ſit imu-
nis ꝛ liber.Cuius cauſam totam dei iudi-
cio reſeruamus ꝛc.Rn̄.ꝙ hec ſententia cō-
cilij mirifice coꝛroboꝛat concluſiōem nr̄aꝫ.
Et optime ꝓbat ꝙ concilium non tm̄ in de
lictis notoꝛijs:ꝛ in quibus papa ptinaciter
verſatur:ſed in occultis quoqꝫ et leuibus eſt
iudex pape.Conſyderando ꝙ Symachus
pꝛo ſola ſuſpitione:qua laboꝛabat:ꝙ deliqſ-
ſet ꝯuentus fuit coꝛam ꝯcilio: qḋ pꝫ. Quia
concilium ibi abſoluit Symachum quan-
tum ad impetitionem ſibi factam:ꝛ quoad
accuſationem hoīum illoꝝ:ex quo nihil pꝛo
babatur.Sed q̄ꝫtum ad ſuſpitionem crimi
num que ꝑſus occulta erant, eum remiſe-
runt cum tota cā ad iudicium dei. Qui eſt
ſcrutatoꝛ coꝛdium ꝛ ſecreta hoīum nouit.
Pꝛo quo faciūt oīa illa que.ſ.dicta fuere ad
tex.in.c.nūc aūt.xxj.di.de Marcellino que
mirabil'r coꝛroboꝛantur per iſtū tex. Hanc
ſententiaꝫ ꝛ que ibi diximus. Mirabiliter
etiam appꝛobant v̄ba Pauli ap̄li.i.ad Co-
rinthios.iiij.c.ibi. Mihi aūt pꝛo minimo
eſt:vt a vobis iudicer:aut ab humano die,
ſed nec meipſum iudico:nihil.n. mihi ꝯſci-
us ſum. Qui aūt iudicat me dn̄s eſt ꝛc.Ec
ce ꝙ Paulus ap̄ls hic tāgit tria iudicia:que
de occultis delictis: de ſanctitate bonitate
vel malitia alicuius fieri ſolent ab hoībus.
vꝫ iudicium temerarium qḋ fit ab his, qui
iudicare volunt ex ꝑſumptione ſecreta deli-
cta alioꝝ. Iudicium qḋ facit homo de ſeipſo
iudicando ſe bonum vel malum ſanctū vel
pctōꝛē dignum paradiſo vel inferno. Et iu
dicium diuinum qḋ non fallit nec fallitur.
In ꝓpoſito ergo nr̄o qn̄ iura dicunt ꝙ pa-
pa iudicari non dꝫ:neqꝫ pōt ab aliquo moꝛ
talium.Sed ꝙ ſeipm̄ iudicare dꝫ:ſeu ꝙ di-
uino iudicio reſeruari dꝫ. Non debent itel-
ligi

ligi de iſto iudicio fori cōtentioſi: vel iudi-
cialis:q̄ꝛ cum ſimplr̄ ꝛ abſolute loquantur
eſſent directe ꝯtria illis iuribus que dicunt
ꝙ papa hereticus:ſciſmaticus:vel ſymonia
cus a ꝯcilio iudicari pōt:ꝛ ds.xl.di.ſi papa.
lxxix.di.ſi duo.ꝛ.c.ſi quis pecunia. Sed de-
bent intelligi de iſto iudicio mentali circa
ſecreta delicta ipſius de quo Paulus apo-
ſtolus loqtur:put ſ.late oñdimus de Mar
cellino:q̄ꝛ qlibet xp̄ianus velit: nolit: ſubie-
ctus eſt regule euangelice: alias aūt ſi Pa-
pe non poſſet reſiſti:nec iudicium poſſet de
eo ferri. In ipſius ptāte eſſet fidem chriſti
deſtruere:quod nullatenus eſt dicendum.
¶ Et per p̄dicta pꝫ etiam rñſio ad.c.nunc
aūt.in ſi.vbi dr̄ ꝙ cum qdam mali rumo-
res ꝯ Sixtum pontificem maximū ad con
cilium gn̄ale delati fuiſſent:ꝛ peteret a Va
lentiniano Auguſto vt iudicaret illus: ipſe
Imp̄ator in arbitrio p̄fati pontificis tribu-
it iudicare iudicium ſuum: q̄ꝛ per hoc pꝫ ꝙ
concilium ēt iudex ſit in leuibus ꝛ occultis:
lꝫ de his iudicare non poſſit: cuꝫ p̄bari nō
poſſint.Sed arbitrio ipſius reſeruant:vt a
ſolo deo qui eſt ſcrutator cordium: iudicet:
ſicut ēt dcm̄ fuit in cā Marcellini Pape.
¶ Ad tex.in.c.oues.ij.q.vij.quē.S.de tur
re cre.dicit eē tex.ꝯcilij,lꝫ aſcribat Euſebio
pape. Rñſum fuit ſ. quem tex. Gratianus i-
telligit de ſubditis criminoſis ꝛ īfamibus:
qui p̄latoꝝ vitā carpere ꝛ mordere ſunt pa
rati:non aūt imitari:ꝛ illū tex. glo.i.ibi in-
telligit de iudicijs temerarijs ſ. occultis cri
minibus prelatorum:licet ſint bone opinio
nis ꝛ fame: quod bene approbat text.in.c.
oues.vj.queſtione.i.ꝛ ibi quaſi per to.
¶ Ad verba illa que dicit eſſe octaue ſyno
di,que ſm eum formalr̄ dicunt. Porro ſi ſy
nodus fuerit ꝯgregata ꝛ facta fuerit de ſcā
Ro.eccl'ia. Queuis ambiguitas opꝫ vene-
rabilr̄,ꝛ cum ꝯuenienti reuerentia de p̄po
ſita qōne ſciſcitari ꝛ ſolonem accipere:ac p̄
ficere:vel p̄fectum facere. Non tn̄ audacter
ſententiam dare ꝯ ſummos ſenioris Ro-
me pontifices ꝛc. Rñ.ꝙ iſta auctoritas con
firmat auctoritatem cōcilij in ſummos pō
tifices,potius quā probet id ad qd̄ allegat:
vt de ſe pꝫ. Nemo.n.negat quin concilium
contra papam ꝛ ſedem ap̄licam venerabili
ter p̄cedere debeat:ꝛ ꝙ in ſententijs ꝯ eus
proferendis:non cum audacia ꝛ temerita-
te ſed cum modeſtia procedēdum ſit. Et il-
la auctoritas:in ver.queuis ambiguitas de-
notat ꝙ ꝯciliū de oībus cauſis Pape ſe ipe
dire poſſit:ex quo gn̄alr̄ ꝛ idiffinite loqtur.
¶ Ad tex.ꝛ no.per Hoſti. Jo.an. ꝛ alios.
in.c.lꝫ.de elec. Dum tex.ibi.dicit ꝙ ſpāle ali
quid ſtatuit in Ro.eccleſia:q̄ꝛ nō pōt ad ſu-
periores haberi recurſus. Rñ.ꝙ ille tex. nō
negat:quin papa habeat ſupiorem. Immo
excipiendo cām electionis in religs firma-
re vr̄ regulam: extra de ſponſa. cuꝫ apud.ff.
de penu.lega.l.nam qd̄ liqde.§.ſi. cum ſi. Si
igit in cauſa electionis papalis: pp̄ periculū
qd̄ eſſe poſſet in tractu tp̄is expectando ꝙ
concilium ꝯgregaret.ꝛ pp̄ difficultatem il-
lud congregandi:aliquid ſpāle ſtatuitur in
Ro.eccleſia:cum maior cautela adhidenda
ſit:vbi maius eſt periculum: de elec. vbi pi
culum.li.vj. Et pp̄ hoc electio Pape aliter
non ꝯfirmatur.Sed ipſe ſine alia confirma
tione ſtatim adminiſtrat:q̄ꝛ vt dicit glo. ſi.
in.d.c.lꝫ. Dum eligitur confirmatur ꝛ ſta-
tim hꝫ plenam ꝛ liberam adminiſtrationē
xxiij.di.in nomine dñi. Ergo vr̄ ꝙ in alijs
cauſis ipſius pape.vbi tm̄ non imminet pi-
culum:ꝛ in qbus pōt ad ſuperiores hr̄i re-
curſus:hoc ſpeciale priuilegium non habe-
at locum. Et ſic ꝙ ad cōciliū deferri dēant.
¶ Ad verba aūt Hoſti.ꝛ Jo.an. Dum di
cunt ꝙ nulla eccl'ia eſt ſupior eccl'ie Ro. ſed
ꝙ ipſa eſt ſuper oēs. In auc. de eccleſia. ti-
tu.§.i.colla.ix. Nemo hoc negat:ſed ipſi do-
cto.loquuntur de p̄cellentia ꝛ honore eccl'ie
Ro. Nos vo͛ vt ſupius dixi:loqmur de pa-
pa qui ab ea differt ſequeſtrata perſona ſua
de reſcrip.ſi gratioſe. lib.vj.
¶ Ad illationem aūt. Jo.an.dum dicit ꝙ
Papa pp̄ea dei iudicio relinquitur.ix.q.iij.
c.alioꝝ.ſatis abunde ſ. rñſum fuit. Dum di
ximus dicta iura intelligi de occultis deli-
ctis pape,que p̄bari non pn̄t:ꝛ p̄pterea cū
prima facie pro eo p̄ſumatur ꝙ bonus ꝛ iu
ſtus ſit.xl.di.nos. De occultis ꝛ ſecretis que
non p̄bantur:ꝛ de qbus non conſtat nō eſt
ingrendum nec iudicādum,ſed dei iudicio
relinquendus eſt papa. Et ꝙ ita intelligi de
beant iura hoc atteſtantia: pꝫ clare in.c.fa-
cta.ix.q.iij.vbi dr̄ facta ſubditoꝝ iudicātur
a nobis ingrendo.ſ.de eis:nr̄a vo͛ a dño iu
dicantur. Et declarando de quo iudicio lo
quatur ſequitur deteriores ſunt qui vitam:
moreſqꝫ bonorum corrumpunt:his qui ſub
ſtantias,aliorum prediaqꝫ diripiūt. Ex qui
bus verbis clare patet quod ſ. dictum fuit.
¶ Ad verba ꝛ determinationem concilij

Conſtantieñ. De q̃bus in bulla Martini
Pape quinti que hr̃ circa fi.in geſtis eiuſdẽ
concilij ꝯ Io.hus.ꝛ Io.Ethuiclef.hereſiar
chas. Quos ſpālr̃ interrogari mandat his
formalibus verbis. vʒ. Utrum credant ꝙ
papa canonice electus:ꝛ qui pro tpe fuerit:
eius ꝓprio nomine expꝛeſſo: ſit ſucceſſoꝛ bea-
ti Petri habeatq̃ʒ ſuppꝛemam poteſtatẽ in
eccleſia dei ꝛc. Ex q̃bus dicit ipſe.D.de tur.
cre.ꝙ ꝯſtat clariſſime papam excepto caſu
hereſis per quem a papatu decidit nullius
poteſtatis ꝙ̃ ſolius dei ſubiacere iudicio:
alias inquit non eſſet ſuppꝛema poteſtas in
eo ſed in alio cuius iudicio ſubijceret̃. Cũ
ſola potioꝛ ſedes inferioꝛes abſoluat.xxi di.
inferioꝛ. Nñ ꝙ omnis catholicus xp̃ianus
fatetur papam habere ſuppꝛemam poteſta-
tem ꝛ auctoꝛitatem in eccleſia dei. Sed ne-
gat̃ ꝙ per dicta v̾ba ꝓbet̃ ita chariſſime/vt
inquit ipſe ꝙ extra caſuʒ hereſis Papa nul
lius iudicio ſubiaceat. Nam ipſemet fatet̃
ꝙ in caſu hereſis papa hʒ ſupioꝛem eccleſiaʒ
vniuerſalem vel cõciliũ gñale pro ea. Et tñ
in dictis verbis Martini Pape hic caſus
nõ excipit̃:ſed ſimplr̃ dr̃ q̃t hʒ ſuppꝛemã au
ctoꝛitatem in eccleſia dei:ꝛ nihilominus in
cauſa hereſis iſta ſuppꝛema poteſtas eſt in
eccleſia:que eſt in papa:cum Papa in eccle-
ſia ꝛ eccleſia ī ipſo ſit ſemꝑ. Preterea illa v̾-
ba Martini non dicunt: q̃t habeat ſuppꝛe-
mam ſupioꝛitatem:iuriſdictionem vel po-
teſtatem. Sed caute loquendo dixit ſuppꝛe-
maʒ auctoꝛitatẽ que multũ inter ſe dr̃unt.
¶ Pro ꝯdimento aũt ꝑmiſſoꝝ omnium ꝛ
confirmatione dicte noſtre ꝯclõnis facit ſo-
lẽne decretum dicti concilij Conſtantieñ.
Quod in quarta eius ſeſſione ꝓmulgatus
fuit:in quo decretum extitit:q̃t ſynodus in
ſpiritu ſancto legitime congregata gñale cõ
cilium faciens:ac catholicam eccliam mili-
tantem repñtans,poteſtatẽ a xp̃o imediate
hʒ,cui glibet cuiuſcunq̃ʒ ſtatus vel dignita-
tis etiam ſi papalis exiſtat:obedire tenet̃:in
his que ꝑtinent ad extirpationem ſciſma-
tis ꝛ reformationem gñalem eccleſie dei tã
in capite ꝙ̃ in membꝛis. Per qḋ gdem de-
cretus:ſopita vr̃ omnis altercatio. Nec tũc
dici poterit concilium Achiefalon. Quia
vt.ſ.dixi:lʒ ibi deficiat vicarius xp̃i. Tamẽ
non deficit ipſe xp̃s principalis dñs. Iuxta
illud Matthei.xviij.c. Ubicunque fuerint
duo,aut tres in noĩe meo cõgregati:in me-
dio eoꝝ ſum. Quod firmat gl.no. in cle.ne

romani.in ver.conſonam. de elec. Et dicit
glo.in.c.i.de ſciſma.in ver. ſede vacante.li.
vj.quot non eſt veriſimile: q̃t filio dei pla-
cuerit ꝯrius intellectus. Aliter enim vide-
ret̃ gregem ſuum ꝛ eccleſiaʒ ſine paſtoꝛe re-
linquere:ꝛ dicit tex. de beato Petro in.c.i.
de hereti.lib.vj. ¶ Quibus ꝑmiſſis ſuppo
nendo ꝓut facimus q̃t qñ concilium ꝓce-
dit ꝯ Papam ſiue hereticum,ſiue ſciſmati-
cum:aut notoꝛie ꝛ ꝑtinaciter peccantem,ꝛ
eccleſiam ſcandaliçantem:vel ꝓ reformatio
ne gñali,aut alr̃ quõcunq̃ʒ. Chr̃s tunc in cõ
cilio reſideat in capite. Et qñ rñſiones que
ſupꝛa date fuerunt ad illa iura que dicunt
quot Papa a nemine moꝛtalium ſed a ſolo
deo iudicet̃:non ſatiſfaciant. Tunc adapta-
ri poſſet vna noua rñſio que nunc mihi oc-
currit.vʒ.quot ſi dicta iura itelligant̃ de iu-
dicio iudicatiuo:ꝛ de factis ſeu delictis pa
pe notoꝛijs vel que ꝓbari pñt.facta pape ſa
tis dñr dei iudicio reſeruari:qñ cõcilio ge-
nerali reſeruant̃. Tunc qꝛ concilium a xp̃o
poteſtatem hʒ imediate:vt dicit dcm̃ decre
tum. Et ꝓbant iura que dicunt poteſtatem
clauium ꝛ ſpm̃ ſcm̃ a xp̃o immediate datũ
fuiſſe diſcipulis oĩbus. Typum ecclie ꝛ con
cilij generalis gerentibus. xxiij.q.i.loqtur.
xxi.di.in nouo.habet̃ de peni.ꝛ remiſ. in.c.
noua.ꝛ excipitur Matth.xviij.c. Ibi ſi pec-
cauerit in te frater tuus ꝛc. ibi dic eccleſie.
Trãſumptiue de iudi.nouit.ꝛ Io. vltimo.
Accipite ſpm̃ ſcm̃. Quoꝝ remiſeritis pec-
cata ꝛc.ꝛ plenius.ſ.in ti. An vlc concilium
iuriſdictionem habeat.ꝛ ſeq.vbi copioſe ꝓ
batum fuit hanc concilij poteſtatem a xp̃o
eſſe:qꝛ xp̃o/vt diximus/in cõcilio ꝑſidente.
Dei iudicio iudicari dr̃ qcquid concilij iu-
dicio ꝯ papam terminatur: ꝑꝑ illud Mat-
thei.xviij.c. Ubicunq̃ʒ fuerint duo vel tres
congregati in noĩe meo in medio eoꝝ ſum.
bonus tex.ad hoc.i.q.i.ibi credo ergo adeſ
dñm ieſum inuocatus ꝑcibus ſacerdotum:
hr̃.xxi.di. de q̃bus. ꝛ.xxiiij.q.i.alienus. ꝛ in
concoꝛ.merito dici põt quot qñ iudicia pa-
pe deferuntur ad concilium deferuntur ad
deum. Et ꝯñr dici apte poteſt:quot iudicia
ꝛ acta cõcilij ſint iudicia ꝛ acta xp̃i:qꝛ actio
ſemper attribuitur capiti ꝛ pꝛimo mouen-
ti. Non aũt miniſtro:ſicuti ſcriptura nõ ca
lamo ſed ſcribẽti attribuitur. Cum igitur
chꝛiſtus dicto caſu in concilio reſidere cre-
datur. Et ita intelligantur tex.ix.q.iij.in.c.
alioꝝ.ꝛ in.c.facta.cum ſi. Et ea rõe qꝛ.ſ.xp̃s
in medio

in medio patrum concilium generale rite ⁊ canonice agentiũ eſſe creditur. Dicimus quot eccleſia vniuerſalis: que a concilio repreſentatur, errare non pōt. Cum dei ſpiritu regatur ⁊ gubernetur. Prout pſequitur Jo. an. poſt hoſti. in. c. a nobis. de ſen. exco. Nam xp̄o in nobis vel in medio nr̄m aut in eccl'ia ſua reſidente. Illa templum ſpūs ſcti facta eſt: illuminata eſt ⁊ a tenebris peccatoꝝ expiata eſt. Iuxta tex. formales. de pe. di. i. in. c. porro. §. ſi aūt illam. Unde dr̄ quot eccl'ia dei non hꝫ rugas nec maculā aliquā: vt dr̄ in. c. eccl'ia. ea. di. Qd̄ aūt deus iudicare dicatur: qn̄ concilium papam iudicat: induci pōt tex. in. c. inter oīa. §. ſed quem. de pe. ni. di. iij. vbi ad lr̄am dr̄. Sed quē ſacerdos iudicat: deus iudicat, cuius pſonaꝫ in eccleſia gerit, qui ergo ꝓ pctō a ſacerdote ſemel punitur, nō iteꝝ a dn̄o iudicabitur. Et beatus Jo. Chriſoſtomus. in. c. nemo. xi. q. iij. inquit. Nemo ꝯtēnat eccl'iaſtica vincula: non enim hō eſt qui ligat: ſed xp̄s: qui hanc poteſtatem dedit. Per que dr̄ nō incongrue dici: quot ſententia vel iudicium concilij dici poſſit iudicium xp̄i: quem repn̄tat ⁊ cuius noīe ⁊ poteſtate agit. ¶ Nec dicatur quot ſic ponerētur duo capita, vel duo principia qd̄ eſſet hereticum. xxiiij. q. iij. c. qm̄. cum ſi. Quia dcm̄ fuit ⁊ dr̄: quot eccl'ia eſt in Papa: ⁊ Papa in eccl'ia: ⁊ quot auulſo papa ꝓpter eius hereſim vel ſciſma vel aliud ipſius hereticale delictum. xp̄s concilio p̄ſidet: ⁊ ſic nō ſunt duo principia vel duo capita. Sed vnicum caput ⁊ vnicum principium: cum tūc papa hereticus: non caput qdē, ſed nec membrum dici poſſit eccl'ie. xxiiij. q. iij. cū aliqs. vbi dr̄: q exijt a veritate: a timore dei: a fide: a charitate exijt de caſtris eccleſie: etiam ſi per epi voces minime abijciat̄. Et tex. in. c. ſeq. dicit: ꝙ qui ab eccl'ia ſunt ſegregati dn̄r ſpm̄ dei non habere: ⁊. ī. Sed nec ille dicendus eſt eſſe in eccl'ia. Nec ad iſtas ſocietates ſpūs ptinere: qui omibus xp̄i ficto corde miſcet̄. Et. ī. neqꝫ. n. ſolum ad eccl'iam non pertinent: qui ſeparatiōis aperto ſacrilegio manifeſti ſunt. Sed ēt illi qui in eius vnitate corporaliter mixti per peſſimas vitam ſeparātur. ⁊ tex. in. c. certum. ea. ca. ⁊. q. dicit: certum eſt ꝙ qui impius demonſtratus eſt omnino ſeparatus eſt a deo. Sicut etiam ille qui anathematiçatus eſt ⁊c.

¶ Reſpondendum eſſet nūc impugnationi: quā facit idē. D. de turre crema. ꝯ ꝯcilia ⁊ decreta Cōſtantien̄. ⁊ Baſilien̄. in. d. ſua ſum. lib. ij. c. xcix. ⁊ centeſimo. dum dixit qd̄ decretum illud de poteſtate concilij a xp̄o immediate ꝓcedente ⁊c. Non eſſe decretū perpetuum ⁊ generale: ſed tm̄ fuiſſe tpale ꝓ illo concilio Conſtātien̄. Nec fuiſſe veꝝ decretum concilij eo ꝙ obedientia tm̄ Dn̄i. Jo. pape. xxiij. ad concilium conuenerat. Et alie due obedientie gregorij. xij. ⁊ Benedicti. xiij. non conuenerant ſed ꝯdicebant ⁊c. Sed alias huic heſitationi ſue rn̄ſum fuit ꝑme. Et pro nunc inq̄tum dicit ꝙ concilium tpe illius decreti non erat legitime congregatum. Rn̄. illud falſum eē. Quia ad ꝯgregationem canonicam ⁊ legitimam concilij gn̄alis: ⁊ ad hoc vt dici poſſit legitime congregatum: tria tm̄ ſunt neceſſaria: vt ꝓbat̄. xvij. di. regula ⁊ quaſi per to. vꝫ. Pape auctoritas in cōgregādo. citatio vel monitio. Et tpis p̄finitio ꝙ . lapſum fuerit: ſed hec tria interuenerant vt pꝫ ex geſtis dicti concilij tpe illo quo dcm̄ decretum ꝓmulgatū fuit. Nam ꝯcilium a Jo. xxiij. qui erat ī poſſeſſiōe papatus ꝯuocatum gn̄aliter fuerat debitis loco ⁊ tpe: citatis oībus ⁊ ſingulis cōcilio interuenire valentibus ſiue volentibus: vt pꝫ ex eius citatione. Nec erat opus vltra expectare nolentes vel non valentes venire: ſed epi qui ꝯuenerant erant in cōpetenti numero ⁊ expedire potuerunt incūbentia: vt diximus. ſ. in tit. Quot ⁊ qui epi vel p̄lati cōciliū agere poſſint, ergo ⁊c. Nas et hoc aperte docent oīa illa veneranda cōcilia antiqua: que qn̄qꝫ. cccxviij. nonnunqꝫ. cc. aliqn̄. cl. ⁊ ad plus. dc. xxx. epōs habuerūt. xv. di. canones. cum ſi. Unde cum dcm̄ cōcilium Conſtantienſe habuerit reqſita oīa. Ibiqꝫ interuenerint ⁊ Ro. pontifex: q ī propria ſede Petri ſedebat. Et Impator Sigiſmundus: per quos vlis totius eccl'ie iuredictio gerit̄. xcvj. di. duo ſunt. Prophanum ē dicere ꝙ dictum ꝯcilium non fuerit legitime congregatū. Eo ꝙ duo antipape ſciſmatici: cum eoꝝ obedientijs non ꝯuenerint: lꝫ citati eſſent. Nam lꝫ glo. in. c. venerabilia. xvij. di. dixerit: ꝙ conciliū generale ꝯſtituit̄ ex pōtifice Ro. vel eius legato: ⁊ oībus epis. Tn̄ vt diximus. ſ. ad eſſe gn̄alis concilij nō reqritur de neceſſitate ꝙ oēs ſint p̄ntes: ſed ſufficit ꝙ per habentem ptātem ſint rite citati vel moniti. Et tunc auctoritas oīm reſidet penes cōparentes ⁊c. quotquot ſint ⁊c. Alias neganda eēnt oīa illa concilia antiq̄

vt dixi, qḋ eſſet abhominandum. Creden-
dum igiẗ eſt cum Ambroſio.i.q.i.cum ſcri-
ptura. Dñm ieſum xp̄m ꝑꝫibus tot epoꝝ ⁊
ſacerdotum inuocatum eidem concilio aſ-
fuiſſe. Iuxta illud qḋ repromiſit. Matthei.
xviij. vbi fuerint duo vel tres ꝯgregati i no
mine meo: in medio eoꝝ ſum. Per qḋ dñs
oſtendere voluit ꝙ nō multitudini ſed vni
tati deꝓcantium plurimum tribuiẗ: vt inquit
Cyprianus.xxiiij.q.i.alienus. Nam non in
cōgrue dici forte poſſet per ꝑmiſſa ꝙ ſacris
conciliorꝫ gn̄alium canonibus que per inſpi
rationes ſpūs ſancti dictata credunt detra-
hentes ip̄m ſpm̄ ſanctum blaſfemare ⁊ gra
uiter errare ꝯuincunẗ: ꝑ ea que ſcribit btūs
Grego.xv.di.in.c.ſicut. Quia dum vniuer
ſali ſunt ꝯſtituta ꝯſenſu ſe ⁊ non illa deſtru
it: quiſqꝫ ꝑſumit abſoluere quos ligant: aut
ligare quos abſoluunt. Et ꝙ ſpm̄ ſcm̄ blaſfe
mare videanẗ: q ꝯ̄ eoſdem ſacros canones
non neceſſitate compulſi ſed voluntarie ⁊
libenter ꝓterue agant, eſt tex. formalis Da-
maſi pape.xxv.q.i.violatores. vbi dixit glo.
ꝙ immo tales eo ipſo videnẗ excommunica-
ti ⁊ heretici.xix.di.nulli.⁊.xxv.q.i.generali.
¶ Ad id aūt qḋ dr̄: ꝙ dictum decretū nō
loquaẗ gn̄alr̄, ſed de illo concilio Conſtan-
tien. Rn̄. ꝙ qn̄ etiā hoc eſſet: non obſtaret.
Quia vbi eſt eadem ratio: idem iudicium ⁊
idem ius cum non appareat diuerſitas iter
illud ⁊ alia concilia. Ergo qḋ de vno dr̄: de
altero intelligaẗ neceſſe eſt: extra de trāſla.
ꝑla.c.inter corporalia. Et de ſilibus idem iu
dicandus.v.di.ad eius vero.iiij.di.deniqꝫ.
xvj.di.c.vlti.cum concor. de qbus per glo.
in.c.tranſlato. Addi ẽt pōt ꝙ cōcilium Ba
ſilieñ canonizauit ⁊ declarauit decretum il
lud concilij Conſtantieñ. extendi ad oīa cō
cilia p̄ntia ⁊ futura: atqꝫ ita indiſtincte in-
telligi debere. Non obſtat ꝙ ſedes aplīca
decreta concilij Conſtantieñ. non approba
uerit. Quia vbi ſynodus a Papa approba
ta fuiẗ, ꝯn̄r ⁊ eius decreta ſed ſynodus illa
cum ſuis decretis non tm̄ a Io.xxiij.in ꝑn
cipio. Sed a Martino quinto i fine appro-
bata fuit, vt conſtat ex dictis ipſius geſtis
ergo ⁊c. Item non reperiẗ iure cautum: ꝙ
ad validitatem decretoꝝ concilij neceſſe ſit
ꝙ papa exꝑſſe illa approbet. Immo ꝯ̄rium
ꝑꝫ in illis quatuor principalioribus ⁊ alijs
concilijs, ſi recte inſpicianẗ. Et ſi recte anno
tenẗ Bulle Martini: ipſe ⁊ ꝯcilium: ⁊ eius
decreta approbauit: immo hereticum eſſe de-
creuit: ſiquis auderet dicere ꝯ̄rium. Et ꝯ̄ de
terminationes eiuſdem concilij, alr̄. n. nec
ipſe Martinus fuiſſet verus papa: ſi ꝯciliū
non potuit ſtatuere: ⁊ Ioan.xxiij. ⁊ Bene-
dicium.xiij.⁊ Gregorium.xij. deponere de
papatu qḋ eſt ſtultus dicere. ¶ Idē quoqꝫ
reſpondeẗ ad impugnationē concilij Baſi
lieñ. qḋ Eugenius papa ſuis lr̄is approba-
uit: vt cōſtat in geſtis eiuſdem concilij: licet
.D. de turre cre. minus caute dixerit a dño
Eugenio illas lr̄as approbationis concilij
metu potiuſqꝫ voluntarie emanaſſe: eo ꝙ
quidam.d. Andreas orator Venetoꝝ ⁊ nō
nulli Cardinales minabanẗ eidem pontifi
ci: quod niſi concilio adhereret ip̄m ſolū de
relinquerent: quod qdes puerile ⁊ indignū
pontificie maieſtati vr̄. Nam ſi metus va-
nus ⁊ talis qui non cadat inconſtantem vi
rum nō admittiẗ in quocunqꝫ minimo ho
munciōe: de his que metus cā.c.cum dile
ctus.⁊.c.ſi.cum concor. q̄nto magis in pon
tifice Ro. qui nihil fatuus: nihil puerile: vel
qḋ prudentiam: grauitatem, ⁊ iuſtitiam ac
equitatem non ſapiat: ⁊ qui omnia rite ra-
tionabiliterqꝫ facere preſumitur.xl.di. non
nos. Nam ex perſona facientis preſumitur
qualitas facti.v.q.v.non omnis. vbi no.vij.
q.i.oīs.viij.q.iij.i ſum.⁊ ex̄ de pig. illo vos.
¶ Ad impugnationem vō ⁊ rn̄ones q̄s
adducit idem dñs de turre crema. ꝯ̄ gl. ſin
gularem in.c.ſi papa.xl.di. ſuper qua funda
ri vr̄ oīs ꝑmiſſa altercatio. de qua glo. dicit
ipſe in ſum. lib.ij.c.cj. parum curandū eſſe.
per rōnes quas ibi adducit. Et ꝑ dum dič
quod dicta glo. non loqtur aſſertiue ſed opi
natiue: per verbum credo. Rn̄. q̄t aduertiſ
ſe debuit: quod vbicunqꝫ glo. vel doctor, vel
iuriſconſultus rn̄det per vbum credo: idē
importat: qḋ affirmo ⁊ approbo. tex. ē ⁊ ibi
Bal. ⁊ alij. ff. de iniuſt. rup. ⁊ irri. teſt. l. ſiqꝫ
filio §. ſed ⁊ ſiquis. ibi ⁊ credo quod iure mi
litari teſtabiẗ extra de re iudi.c.cum olim.
ibi. ſicut credimus. qḋ exponit. Ioā. an.i. ſci-
mus. qḋ ſm̄ eum ꝓbaẗ. l. in ver. liquido. Et
ꝓpterea dicit ipſe q̄t credere ⁊ ſcire idē eſt
quodāmodo. Quia in iſto ⁊ in illo ꝯſcien-
tia eſt ſaluanda de iureiuran.c. ⁊ ſi xp̄s. ꝑ.
Rn̄. vnde dicit glo. in.c. ex lr̄is. in ver. vita
te. ⁊ ibi no. per doc. quod eque ꝑiudicat iu-
ramentum de credulitate ſicut iuramentū
de veritate: qḋ ẽt no. in.c.i.⁊.ij. de ꝯfeſſis. in
vj. Que tanto magis ꝓcedunt in caſu nr̄o:
qꝛ dicta glo. in.c. ſi papa non tm̄ loqtur per
verbum

verbus credo ſimpliciter ſed ibi addit vbũ certe.ibi certe credo: p qđ ſatis pꝫ ipſaꝫ glo. affirmatiue nõ ãt dubitatiue loqutã fuiſſe.

℄ Ad ſcđam impugnationem.d.glo.dum dicit quod non firmaẽ aliqua rõne: qꝛ contumacia ſit hereſis:ſed quod ita dr̃ ſymbolica ꝛ tranſumptiua loqutione:ꝛ quod argumenta ſumpta ex talibus nihil valent:cum nõ ſint ꝓpꝛie dicta. Rñ.quod rñdiſſe debuiſſet ad tex.ꝛ no.in.c cum contumacia.de hereti.in.vj.vbi per glo.ꝛ ſcribẽtes.no. Quõ ꝛ qualr̃ contumacia dicaẽ hereſis.Et ibi hr̃ quod cum per longam moꝛam qs inſordeſcit in delicto contumacie ꝛ contemptus. Suſpitio vehemens ex tali cõtumacia exoꝛta per talem pſeuerantiam tranſit in violẽtam pſumptionem.Contumax aũt ex violenta ſuſpitione:ꝛ qui mandatis eccleſie parere contemnit hereticus impenitens cẽſetur:ꝛ pꝛo heretico ſtatim ꝯdemnatur: vt dr̃ in illo tex.cum contumacia.Unde dixit Ber.gloſatoꝛ.in.c.lr̃as.de pſũp.in glo.pen. quod non vehemens pſumptio ſed violenta ꝯdemnationem inducit. Cum ergo Papa notoꝛie peccat:ꝛ monitus vt ſe coꝛrigat: pertinaciter pſeuerat:ꝛ ſe coꝛrigere ꝯtẽnit: ac incoꝛrigibilr̃ ſucceſſiuo crimine peccat:illam vehementem pſumptionem,que a pꝛincipio ꝯcepta erat ꝯ ſe quod male ſentire de fide,non parendo fidei: ꝛ mãdatis eccleſie: trãſire facit in violentam: vnde poſt hmõi violentam ſuſpitionẽ: ad ſententiam ꝯ eũ perueniri põt:vt dicit glo.no.in.c. inſinuatum.de ſymo.Et iſto modo veꝝ erit dicere,quod ꝯtumacia hmõi ſit hr̃ſis vere: ꝛ nõ ſymbolyce,aut metaphoꝛice, vel trãſumptiue. Et ita ĩtelligitur tex.quem glo. nr̃a alle. pꝛo rõe ſua.lxxxj.di.ſi qui ſunt pꝛ̃ſbyteri.Dũ auctoꝛitate Samuelis, ꝛ bti Grego. dicit quod pctm̃ Ariolandi eſt nolle obedire eccleſie,ꝛ ſcelus idolatrie eſt nolle acqeſcere:ꝛ ſequiẽ.Peccatum igiẽ, paganitatis icurrit: quiſqs dum xp̃ianum ſe aſſerit: pꝛ̃ceptis eccleſie obedire ꝯtemnit.Immo ſi bene cõſyderet totus tit.de hereticis: ꝛ animaduertaẽ ad veram diffinitionem heretici:oĩs hereſis q̃ꝫtũcunqꝫ ſtricta ſit contumacia dicitur,qꝛ ſiquis depꝛ̃henditur a fide deuiare,ꝛ ꝯtumaciter negligit,vel ꝯtemnit, ſe ꝯtinuo ꝛ illico poſt depꝛ̃henſionem erroꝛis, ad fidei catholice vnitatem ſponte recurrere:ꝛ errorem ſuum contempſerit publice abiurare: ac ſatiſfactionem ꝯgruam exhibere: ſtatim vt hereticus pertinax vigoꝛe ꝯtumacie ſue condemnaẽ,ꝛ curie ſeculari puniendus relinqtur:extra de hereti.ad abolendam. Ergo ſatis clare apparet.glo.nr̃am bene põderando ſingula eius verba:ꝛ intellectus ſancte:catholice:atqꝫ legitime ſentire ꝛ ꝯcludere dicendo ꝯtumaciã eſſe hereſim:vt ſupꝛa.

℄ Ad tertiam impugnationem, dum dicẽ ꝙ glo.illa eſt ꝯ tex.ſuũ ꝛ vnius pape ꝛ martyris:q eſt pꝛ̃ſtantioꝛis auctoꝛitatis q̃ꝫ vnus gloſatoꝛ. Rñ.hoc euidenter falſum eſſe: ſi bene ꝯſyderet illẽ tex.in.d.c.ſi papa. Non enĩ dicit:vt ipſe:ꝛ nonnulli alij atteſtanẽ:ꝙ papa non poſſit accuſari vel coꝛrigi niſi ꝓ ſtricta hereſi.Sed formalr̃ dicit niſi depꝛ̃hendatur a fide deuius ꝛc. Deuius aũt dr̃ qcũqꝫ extra viam poſitus a recta vie ſemita aberrat.Deuius vero a fide dr̃, qcunqꝫ a via fidei declinat:ꝛ extra viam poſitus apparet. Sed nemo eſt qui magis a recta fidei noꝛma aberret q̃ꝫ hereticus:q̃ꝫ ſciſmaticus: q̃ꝫ notoꝛius pctõr:obſtinatus:impenitens:ꝛ ĩcoꝛrigibilis,qui eccliam dei ꝯtẽnendo eius ꝛ chꝛiſti pꝛ̃cepta ſcandaliçat, ꝯfundit: ꝛ eius ſtatũ decoloꝛat. Qđ qdẽ ẽ hereſis: ſciſmaẽ: ꝛ ĩfidelitaẽ pctm̃ mãifeſtũ: ex tali ꝯtumacia ꝛ pꝛ̃fida obſtinatiõe ꝓueniẽs vt.ſ.oñdimus.

℄ Ad quartam:ꝙ hmõi glo. ſit ꝯ multos tex.ꝛ canones ſanctoꝝ ꝯcilioꝝ ꝛ maxime.ſ. ſcriptos:in eoꝝ rñſiõe ꝛ declaratiõe dũ ſingulis rñdimus ꝯ ꝓlixius falſuꝫ eẽ oñdimus.

℄ Quintam quoqꝫ impugnationẽ ipſius falſam eſſe demõſtrauimus ꝯñr in eo qđ dixit ipſe:ꝙ gl.nr̃a ſit ꝯ doctrinas clariſſimorum vtriuſqꝫ iuris doctoꝝ.Et ad dcm̃ Archi.in alle.c.ſi papa.ſ.illa glo. dum dixit: ꝙ denunciatio euangelica: fiat ad correctionẽ trñ:ꝛ ꝙ hec fieri non poſſit Pape cũ nõ habeat ſupioꝛem. Rñ.ꝙ Archi.ibi tranſit cũ opi.glo.ſi recte eius dicta ꝯſiderenẽ . Nam inq̃ꝫtum glo.dixit:ꝙ crimen Pape nõ poteſt denunciari:niſi inde poſſet accuſari: qꝛ inutilis eſſet denunciatio.Paucis vbis cõpꝛehendit duas partes denunciationis euãgelice:pꝛimam.vꝫ.ibi ſi peccauerit in te frater tuus:coꝛripe ipſum inter.te ꝛ ipm ſolũ. Que pars intelligi põt de pctõ ſecreto:ꝛ tibi tantum noto,qđ ꝓbari nõ põt, ꝛ ꝑ quo accuſari non poſſet. Et de iſta pꝛima parte intelligiẽ glo.ꝛ Archi.duꝫ dicit ꝙ iſta charitatiua denunciatio fit ad correctioneꝫ, ad quã compelli non põt:ꝛ que inutilis eſt:cũ in ea ſupioꝛem non habeat,niſi ſolum deus

qui eſt ſcrutator cordium: ꝛ ſecretoꝝ. Tãgit etiam glo. ſc̃das partẽ ꝛ tertias dicte denũciationis ꝛ correctionis euãgelice: que ſunt ibi: ꝙ ſi te non audierit: adhibe tecũ duos aut tres: vt in ore duoꝝ vel triũ ſtet oẽ verbum .i. vt hoc ꝓbari poſſit: extra de teſti. ls vniuerſis. ꝛ .c. cum a nobis. Et ſeqtur vltima ps: ꝙ ſi eos nõ audierit: dic eccl̃ie: q̃ſi .ſ. hoc ꝓbari poterit: vt eccleſia ipm̃ pctõrem corrigat: ꝛ niſi hac facere velit: eum veluti ethnicum ꝛ publicanum h̃ri faciat, qḋ bene ponderat ꝛ tangit glo. nr̃a. ibi. Niſi inde poſſet accuſari. Qḋ ẽt optĩe ſenſit Archi. ibi ſup illo verbo. glo. Dum dixit ꝙ Papa non poſſet ſtatuere: ꝙ accuſari nõ poſſit de hereſi: qꝛ ex hoc piclitaret tota eccl̃ia. Et ibi inquit Archi. nam ſic faciendo doceret hereſim, vnde videret̃ ſubuertere v̾lem ſtatũ eccl̃ie. ar. xxv. q. i. c. ſunt qdam: ꝛ .c. ſeq. ꝑ que iura: ꝛ per dicta glo. ꝛ Archi. ſic ꝯiuncta ꝛ declarata ſatis aperte ꝯſtat: ꝙ Papa tãs notorie: ptinaciter, ꝛ incorrigibilr̃ peccando, ſicut ſuſpectus de hereſi denũciari: accuſariq̧ poterit in concilio: cum facto ſaltem docere videat̃ hereſim: ꝛ atteſtari ꝙ ita ꝓut facit ipſe peccare liceat: ꝛ ꝙ illud qḋ facit nõ ſit pctm̃. In quo errore tollerandus non eſt: qꝛ hoc modo faciendo doceret hereſim. Et vt inquit idem Archi. vniuerſalem ſtatum eccleſie ſubuerteret. Pro quo bene facit tex. in d. c. ſunt quidam. ibi. qꝛ in hoc non ſententiam darc: ſed magis errare conuinceret̃.

℄ Ad ſextam impugnationem eiuſdẽ glo. dum dr̃: ꝙ .d. glo. eſt ꝯ̃ria multis alijs. glo. ꝛ ꝑ glo. in .c. mandaſtis. ij. q. v. que dicit, ꝙ Papa a nullo põt iudicari. ix. q. iij. alioꝝ. Nec ẽt ab vl̃i concilio. xvij. di. §. hinc ẽt. ar. ff. de legi. l. princeps. ꝑterꝙ̃ in hereſi. xl. di. ſi papa. Rñ. ꝙ ꝯ̃. Rñdendo ſingulr̃ ſingulis iuribus. q̃ dicta glo. ꝯ̃ria allegat, ſatis clare oſtẽſum fuit: ꝙ dicta iura ꝛ glo. ipſa ſe fundando ꝯ̃. eis loquunt̃ de occultis criminibus Pape: que ꝓbari non pñt. Et de iudicio ꝯſciẽtie: ꝛ bonitatis, vel malitie ipſius. Qḋ quidem iudicium deo relinquendum eſt: maxĩme cum pro ipſo Papa ꝙ bonus ꝛ ſanctus ſit: ꝓſumat̃. Nos ṽo loqmur ꝺ criminibus publicis ꝛ notorijs, vel que ꝓbari pñt: ꝛ q̃ v̾lem eccl̃ie ſtatum ſcandaliçare ꝛ ſubuertere vident̃. Pro qbus non alr̃ ꝙ̃ pro hereſi accuſari ꝛ puniri põt: vt dicit gl. nr̃a: qꝛ iſta eſt hereticalis q̃dam contumacia: que grauiſſime punitur, vt not. glo. iiij. q. i. in ſum.

℄ Ad glo. in .c. nemo. ix. q. iij. in ver. neq̧ ab omni clero. Rñ. vt ꝯ̃. ad .d. tex. Et inq̃tũ glo. dicit. ar. ꝙ concilium non põt Papam iudicare: vt extra de elec. ſignificaſti. ꝛ ſequitur ꝙ ſi totus mundus ſentẽtiaret i aliquo negocio ꝯ̃ Papam: dr̃ ꝙ ſentẽtie Pape ſtãdum eſſet. xxiiij. q. i. Hec eſt fides. Rñ. ꝙ mirum eſt: ꝙ tantus doctor nõ aduerterit: ꝙ glo. quam pro ſe alle. totum eſt ꝯ̃rium, dum rñdendo ad argumentum ſubm̃ ſtat cõtrario. Et ſic firmat ꝙ imo Papa a concilio iudicari põt: ꝛ ꝙ maior eſt ſententia concilij ꝙ̃ pape. Dum reddit rõnes concluſiõis: ꝛ intentionis ſue, atq̧ inqt: quot orbis maior eſt vrbe. xciij. di. legimus. Nam vltima opinio que ponit̃ a glo. dr̃ eſſe opinio ſua, ꝛ in dubio ſemꝑ eſt ſequenda vltima opi. gl. ꝛ doc. in. l. qui filium § ſabinus. ff. ad trebel. Ita etiam dr̃ de opiniõe Inno. quot .ſ. opi. vltima ipſius ſequenda ſit: vt inquit Bal. in auc. ex teſtamento. C. de colla. Quinimo glo. i. d. c. nemo. in totum eſt conformis gl. noſtre: ꝛ fuit eiuſdẽ gloſatoris: vt ps ibi. Itẽ cum papa peccat: põt eius pctm̃ ẽt eccl̃ie denunciari: ſm̃ admonitionem euangelij. ij. q. i. ſi peccauerit: ꝛ ſubdit: hoc determinaui. xl. di. ſi Papa. Per que verba ſatis patet: quot iſta proprie fuit opi. glo. predicte. quas dominus impugnãs pro cõtraria allegat.

℄ Ad glo. in .c. ſiquis pecunia. lxxix. di. Dũ dicit quot ſymonia large dr̃ hereſis: non ſecundum quot Papa vel alius de hereſi poteſt accuſari: eſt .ſ. errat in articulo fidei. Et paulo ꝯ̃. circa q̃õnem. Nunqd vxor poſſit repetere Papam maritum ſuum. Dum querit apud quem de hoc cognoſci poſſit: cum papa non habeat iudicẽ a quo iudicari valeat: niſi de hereſi: ſubdit dicta glo. rñdẽdo ad ſupraſcriptam q̃õnem: quot ſi reuocatur in dubium apud quem iudicem in caſu ꝓmiſſo conueniri debeat: non eſt cogendus ſtare iudicio alicuius iudicis. Sed excipere põt dicendo dn̄s eſt qui me iudicat. ix. q. iij. alioꝝ. ℄ Si aũt certũ eſt ꝙ matrimonium fuerit inter eos legitime ꝯ̃tractum: tenetur vxori reddere debitum ꝛc. Rñdeo quot dicta glo. vt ps ex ꝓmiſſis: ꝛ ex eius lectura, non dicit illud qḋ ſuppõit aduerſarius. vꝫ. quot Papa non poſſit deponi: niſi pro ſtricta hereſi: ſed bene dicit quot ſymonia de q̃ ibi: large dr̃ hereſis. Non aũt talis pro qua Papa vel alius accuſari poſſit: ꝓut accuſari poteſt, quãdo ꝯ̃ articulos fidei errat. Nõ .n.

ponit

ponit ibi ſpeciale aliquid in Papa:ſed gñā
liter loquit̃ de oībus. Preterea qñ hoc etiā
intelligeret̃ expſſe:ꝛ ita loqueret̃ prout ſup-
ponit. D. impugnās de ſolo Papa: ꝛ dice-
ret quot Papa non poſſit accuſari niſi de
hereſi:que ſit contra articulos fidei. Tamē
adhuc rñderi poſſet:prout ꝯ.quot papa talr
peccando: vt pmiſimus vr̃ non credere in
vnum deum nec deo,nec in vnam ſanctas
catholicam ꝛ aplicam eccliam: non ſeruan
do eius pcepta ꝛ mādata:ex qbus hereticus
ꝛ ſciſmaticus diceret̃: ſed reuera ſi recte in
ſpicimus.d.glo. hoc non dicit. Quinimo
reſpondendo ad qōnem de vxore Pape: ꝛ
ad tex.in.d.c.alioꝝ. ꝛ ad iura omnia dicen
tia Papam a ſolo deo iudicari prout reſpō
ſum fuit.ꝯ.propter verbum tenetur ibi poſi
tus:ſentire vr̃ quot ille tex.in c.alioꝝ.loqua
tur,vt diximus de occultis criminibus pa-
pe:ſed quot compelli poſſit etiam iudicialī
ter:vbi certum eſt quot peccet ad faciendus
illud qḋ iuris eſt. Quia vt dicit ipſa glo.ſi
certum eſt Mat̃m,ipſe Papa tenetur: ſi re-
quiratur reddere debitum : vel cogitur re-
nunciare papatui. Quod valde notandum
eſt:ad ea que ſupra diximus. Rñdendo vt
ſupra maxime dum glo.dixit quot cogēdus
non eſt,per qḋ verbum ſupponit:quot a iu
dice ſuperiore ꝛ ſic a concilio cogi poſſit, ſi
certum ꝛ claꝝ eſſet. Et ſentit intellectus da
tum ꝯ.illis iuribus: que dicunt Papam a
ſolo deo eſſe iudicandum: quot.ſ. loquātur
de criminibus occultis. Ex qbus omnibus
patet:quot glo. pdicte non ſunt contrarie.
